Ad 375
Nr. 16

Cat. 213

Auctore Bartholomeo Sybillo:

Speculum

PEREGRINARVM QVESTIONVM

Angelis mādauit. vt custod'. Leo q̄rit quem de

C.t.213



Titulus huius operis

Index capitũ Peregrinarum peticionũ: Ac questiuncularũ: Triũ Decadũ hui⁹ operis: Bartholomei Sybille: Monopolitani: Theologie pfessoris: De animabus rationalibus In cõiuncto: & separatis: Deq͡ angelis bonis & malis: mltisq͡ alijs scitu dignissimis: Ex vastis & viuacissimis Theologorũ: Iurispontificũ: Phorum ac Astrologorũ: campis: & floribus: collecti: & exornati: Quod studiosis quibuscũq͡: & animarum curam agentibus: non minus vtile: q͡ necessarium. Illustrissimo Principi: Alfonso de Aragonia: Inuictissimo Duci Calabrie: dedicatum est. Aduertat aũt lector q numer⁹ in margine indicis positus remittit ad cartas: pũcta vero numero pposita: priores Cartarum partes: postposita autem posteriores designant.

CAPITA ET QVESTIONES Prime decadis.

Registrum

Tertia questio est de īferno:

Registrum

Finis Tabule.

Ad inuictissimum ac illustrissimum principem Alfonsum de Aragonia Ducem Calabriæ: fratris Bartholomei Sybille Monopolitani theologie & ordinis predicatorum minimi professoris: Prefatio in animarū rationalium in coniuncto & separatarū bonorum & malorum demonum Tres decades.

c Onsueuerūt fere om̄es indyte dux Alfonse qui p̄clara aliq̄ maiusculis lucubratiōibus ānotassent. Eminentiori: & clariori cuipiā pricipi: aut viro illa offerre atq̄ dicare. Tum sibi dominoꝝ aīos gratificādi & conciliandi gratia: Tum vt grecorū aut Romanorū consuetudine: mortalem principem: in deos sic transferre liceret: quo etiam eorū scripta honestius sic in publicū exirent: & cū nouitatis gratia: auctoritatē quoq̄ apud lectorem haberent. Sic Virgilium Octauio: Sic Lucanum Neroni: Sic Pliniū Vespasiano: ac Staciū nostrū Domiciano sua scripta: sacrasse comperimus. Ego vero qui iure omni post deum & diuū Dominicū: post pium ac christianissimū Regem patrem tuū: Ferdinandū imperio obnoxius & ascriptus sum tuo: Cum relaxandi animi gratia: superioribus tēporibus ex vastis theologorum: iurispontificū: phorum ac astrologorum campis/ de animab⁹ rationalibus in coniuncto & separatis: deq̄ angelis bonis & malis: tres petitionū decades collegissē tuo potissimū nomini illas dicare constitui: vt que per sese obscure erant: mirifico tuo illustrarentur fulgore: & fierent te suscipiente preciose. At dicet quispiā: Quid cū theologis: iuribus: phis & astrologis/ Alfonso duci Calabrū in maximis belli ac pacis negocijs exercitato: quē in armis velut alterū martem hostes exhorruere: quē ha

nibal apud anthiochū inter Alexandrū & Pirrū locare potuisset: quē nūc ceu pacis aut belli arbitrū: vniuersa habet & reueret italia? Huic ego sic Responsum velim. Alfonsum Ducē nō minus sacris romanisq́ꝫ litteris quā armis atq́ꝫ milicia delectari. Quomodo. n. res totiēs tumultuantis italie subactis diuersarꝫ partiū copijs ad fidē principum: & obsequiū redigisset. Quō regnū auitum seditiōibus & i testinis bellis afflictū: patri & sibi reddidisset pacatum: nisi sapientia que diuinis & humanis litteris edocetur: enituisset, nisi iuribus ac liberalibus artibus floreret que plus certe conferunt principi: teste Vegetio: ad obtinendā victoriā quā robur militū aut strenue pugnātium industria. Adde ꝙ virtutū vestigia: veterū pricipū emulatus: ceu Alexander Aristotelē. Claudius Nero Lucium Senecā. Trayanus Plutarchū. Alfonsus rex regū: auus suus Michaelē Epilam Theologū. & Anto. Panhormitam. Ferdināđus pater Henricū philosophūq́ꝫ diuinū. Sic Alfonsus dux noster domi forisq́ꝫ charissimos habeat viros in omni sapiētia eruditos: cū quibus lectitare: conferre: & astu persepe arguere consueuit: quiq́ꝫ ad erigendas disciplinas: fouēdaq́ꝫ studia: velut alter Ptolomeus philadelphus rex egypti: vna cū patre rege Ferdinando bibliothecā omniū librorꝫ genere ornatissimam erexerit. Tibi ergo princeps Alfonse, dux inuicte: qui seculum: & regnum patris ac tuū: qui barbaras etiam gentes radio tuarum rerum gestarum exornas: & velut clarissimum quoddam sidus illustras, praesentem libellum hunc dedicaui: quem speculum peregrinarum questionum nominare constitui. Quē tibi si gratum fuisse persensero: fauore ac dignitate tua excitare me poteris ad maiora. Vale columen & gemma principum.

Caput primū prime decadis

p Rimum caput huius decadis animarū rationalium est. vnde vbi: & quādo sint facte aut create. Circa quod septē erunt questiuncule absoluēde. Prima si aīe rationoles sint facte de essentia dei vt dixit Parmenides & Marcus Terentius Varro. Secunda si omnes sint create ab initio simul cū angelis in celo empyreo: vt dixit Origenes. Tertia an traducantur de nouo ex semine simul cū corpus humanum seminatur: vt dixit Cyrillus. Quarta an quas nos dicimus animas non sint anime: sed demones: spūs apostate inclusi corporibus vt ibi purgentur. & eos ibidem delictorū peniteat vt dixerunt cum Origine qdam heretici. Quinta an quod verꝫ est organizato corpe successiue simul infundēdo: ex nichilo creentur a deo. Sexta an deus rationabiliter agat cooperans in animabus: coitus illiciti. Septima quare deus creauit & creat animas quarum multas presciuit peccatrices atqꝫ damnandas. Et simile querit Augustinus de angelis a pricipio creatis: statim vero a deo auersis.

p Rima questiuncula est: Si aīe rationales sint facte ex essentia dei vt dixit Parmenides: & Marc⁹ Terēti⁹ Varro. Ad quā respōdēdo sciendū est qꝫ ꝑpter essentialē ꝑfectiōem aīaꝝ ratiōaliū: & eaꝝ inuisibilitatē: cū nō cadāt nisi tm̄ cognitione quia sunt: sub sensibus/ a qbus orit̄ omnis nostra ꝓpria cogni io: ideo circa eas varij errores: opiniones & difficultates orte sunt: vt patet primo de anima. vnde & philosophus dicit ibidem: Omnino & penitus difficilimorū est accipere quid sit anima: Secundū vero Augustinū libro de origine anime. Primū dogma aperte per

uersum & fidei catholice aduersum. de animabus ratio-nalibus ē illud quod posuerunt quidā dicentes eas nō de nihilo sed de seipso deū fecisse. Ad quod ponendum ex hoc moti sunt/ nam cū cepissent quidā naturas rerū con siderare: nō valētes imaginationē & sensū transcendere vt possent credere aliquas substātias esse spūales posue-runt nihil esse prater corpa que vident: imaginat̄ & fan tasticantur ꝓpter quod dixerūt deum esse quoddā corpꝰ infinitum. i. aut totū hoc corpus ethereum & elemētale vt dixit parmenides. Vel totam hanc lucē corporalē quā videmus vt dicebant manichei. Et hoc totū corpus vel totā hanc lucē dicebant omniū rerum: & omniū corporū esse principium: sicq̄ ponebāt deum esse animā mundi & de essentia omnium rerū. Animā vero rationalē pone bant esse de natura illius infiniti corporis: vel quandam partem illius lucis: & cōsequenter de essentia ipsius dei. Et hic error fuit primo ipsius Parmenidis: dicentis om-nia esse vnum simpliciter: & nō differre nisi secundum sensum & extimationem. primo phisicorū: quem post ea Marcus Therentius Varro sequens: posuit vt refert. Augustinus septimo de ciuitate dei: deum esse animā mundi/ ipsum motu & ratione gubernās. Animam ve ro hominis posuit esse partem illius magne anime mū-di. i. dei. Quam etiam opinionem retulit Virgilius (post Aratum poetam grecum) dicens: Iupiter est quodcunq̄ vides: quodcunq̄ mouetur. Roborari īsuper hec opinio ab eis potuisset hoc argumento. Nam illud quod spira-tur ab aliquo: fit ex eo quod emittitur a spirante: sicut patet de aranea que formando telas ad muscas capien-das: spirat de substantia sua: & sic tabescit & debilitat̄: vt inquit psalmista. Sed deus formato homine de limo terre quo ad corpus: inspirauit in eum spiraculum vite

& factus est homo in animam viuentē. Gene. ij. Ergo anima ratiōalis qua homo viuit est spirata & aliqd actum de substantia dei. Sed in contrariū est Augustinus libro de origine aīe dicēs: hoc esse dogma aperte ꝑuersum. Nam si anie essent de essentia dei: essent eiusdem nature cū eo: & per cōsequens tot essent dij quot anime. Item hec opinio cōtradicit sensui. opponitur fidei. reprobaī a philosophis: & improbaī a sacris doctoribus: precipue a sancto Tho. i. par. q. xc. arti. i. tali ratioue virtualiter. Nam natura diuina est actus purus: iuariabilis: imobilis: semp intelligēs: cuius potentia realiter ab ei⁹ essentia nō differt. Anima vero rationalis est ꝑmixta potentie: variabilis de affectiōe in affectum: de cognitione in cognitionem de veritate in errorem: de virtute in vitium. ante eius addiscere/est sicut tabula rasa/ in qua nihil ē depictū iij. de Anima. Quandoq₃ actu: quandoq₃ potētia intelligens. Cuius potētie secundū Thomā realiter differūt ab eius essentia: ergo anima nō ē de essentia dei

Ad argumentū autē vbi supra in contrariū dicitur ꝙ inspirare in libro Genesis nō est accipiendū corporaliter: sed idem est deum inspirare quod spiritū facere. Homo vero spirans corporaliter etiā nō emittit de substātia sua: sed de natura extranea. s. aere. Aranea autē nō dicit̄ spirare telas: sed texere de substātia sua.

opinio. s. tho.

Ecunda questiuncula est.

¶ Si omnes anime sint create ab initio simul cū angelis in celo empyreo vt dixit Origenes Ad quā respondet̄ ꝙ Plato cū aliquibus philosophis & manicheis & ex nostris tantū solo Origene vt sibi imponitur: Dixerūt omēs animas ante corpora in celo

empyreo simul cum angelis a deo fuisse creatas. (Et secundum platonem in numero finito astrorum & stellarum celestiũ). Dicebat q Origenes a principio animas & angelos fuisse creatos equales secundum conditionē nature specifice. s. in virtute: & perfectione & duratione postea vero per liberum arbitrium secundum q plus vel minus adheserunt vel recesserunt a deo: ex diuina iusticia diuersimode fuisse promotas vel punitas: ita vt quidam essent angeli secundum diuersos effectus ordinum: quedam anime secundum diuersos status. Quidā autem demones in diuersis statibus. Et de animabus dicebāt secūdū diuersitatē meritorū vl' demeritorū q̄sdā fuisse promotas ad diuersos ordines angelorum, quedam fuerunt alligate corporibus celestibus: vnde & corpora celestia animata ponebant. Quedam vero fuerunt detruse corporibus vilioribus animaliū brutorum propter quod Pitagoras vt dicit Cicero de finibus bonorum. Et Iuuenalis satira. xiiij. Cūctis animalibus abstinuit: nec ventri indulsit. Omne legumen . s. fabas propter ventositatem: vel propter intus vermē absconditum: quem esse putabat animā alicuius hominis ibiq purgari. Quedam vero pro inequalitatate etiam aduersionis earum a deo: fuerunt alligate corporibus nobilioribus humanis vel ignobilioribus & male formatis: puta claudorum: cecorum: vt in talibus corporibus purgarentur. Nam volebat q deus hanc diuersitatem creaturarum corporalium creasset in penam & purgationem creaturarum spiritualium: in quibus corporibus postq fuissent purgate reuocarentur secundum Platonem. In celum in suis similibus & comparibus stellis deorum vel dearum. Origenes autem cui principaliter hec opinio de concrea

tione angelorum & animarum attribuitur: roborabat illam rationibus & auctoritate. Primo ratione sic: Omne quod non dependet ab alio secundum suũ esse: potest a deo creari absq; illo. Sed anima rationalis non dependet a corpore secundum suũ esse: vt patet. i. de Anima: ergo non oportet q; creetur in corpore: sed potuit creari ante corpus simul cum angelis. Item Geñ. i. habet Q; deus die septimo requieuit ab oĩ opere. i. cessauit: ergo postea non creauit animas sed omnes in principio fecit cum angelis. Idem probatur auctoritate Eccl. xviij dicentis: Qui viuit ineternum creauit omnia simul.

Sed in contrarium est magister sententiarum in. ij. d. xxviij. hanc Origenis de concreatione angelorum & animarum falsam opinionem reprobans: vt adducetur infra in calce huius questionis. Potest etiam p̃dicta opinio Origenis duabus rationibus Auicenne confutari: & primo sic: Impossibile est diuersitatem in numero causari sub eadem specie: nisi ex diuersitate materie. Nunquam enim essent due albedines nisi ratione diuersorum subiectorum in quibus sunt tanquam in materia subiectiua. Si igitur omnes anime fuissent simul create absq; corporibus: cum ipse etiam non habeant materiam partem sui vt omnes confitentur: ergo oportet vel eas esse diuersas specie: cum semper ad diuersitatem formalium principiorum sequatur diuersitas speciei: & sic omnes anime differrent specie: & p̃ consequens omnes homines quorum anime sunt forme: quod est incõueniens. Vel oportebit dicere q; tantum esset vna anima numero: & sic sequeretur error Auerroys de vnico intellectu omnibus hominibus: Cum ergo hec duo sint inconueniẽtia. Restat vt catholice dicamus: Animas non

ante sed simul in corporibus fuisse creatas. Item secun do sic: Proprius actus est in ppria potentia & materia: sed anima est proprius actus corporis. ij. de anima. Ergo videtur q anima nõ possit creari nisi i corpe Facit etiam ad hoc quod dicit Gregorius sup libro. iiij Dialogorũ. Tres vitales spiritus creauit omnipotens deus. Vnum qui carne non tegitur. s. angelorũ. Alium qui carne tegitur. & cũ carne moritur. s. brutorũ animaliũ. Tertium qui carne tegitur: & cum carne non moritur. s. hominũ. Ad primum autem Origenis sic respondet Auicẽna: q quãuis anima non depẽdeat a corpore quantum ad suum esse vel suũ finem: dependet tamẽ ab illo secundum suum esse indiuiduale. quod quidẽ esse indiuiduale incipit i corpore cuius est forma. Et quia hoc esse indiuiduale anime in corpore acquisitum: est esse absolutũ non depressum nec alligatum ad corpus. Ideo post corruptionem corporis: remanet sibi suũ esse indiuiduale. Ad secundum vero dicitur: q pro tanto scribitur: deũ die septimo cessasse ab omni opere: quia vt dicit. Tho. prima par. q. lxxiij. articu. primo. Ad tertium: nichil postea a deo factum est totaliter nouum quin aliqualiter in operibus sex dierum precesserit. Et quedã materialiter tantum: sicut eua in costa Ade. Quedam materialiter & realiter sicut indiuidua que nunc generantur: precesserunt in primis indiuiduis suarũ specierum. Species etiã que apparent quasi noue: precipue i animalibus ex putrefactione generatis precesserunt in quibusdam actiuis virtutibus stellarum & elementorũ. Noua etiam species que videtur mulorum: prestitit causaliter i diuersis animalibus secundum speciẽ ex quorũ cõmixtione generantur: puta asini & eque. Quedam vero preces

serunt secundum similitudinē sicut anime que de nouo creantur. Que quidem similitudo potest attendi secundum genus & naturam cōmunem animabus & angelis ..s quo ad intellectualitatem. & sic precesserunt anie in opere creationis qua leguntur omia simul creata. Eccle. xviij. Qui viuit in eternū creauit omnia simul. Vel quantum ad naturam specificā rationalem & sic precesserunt in operibus sex dierū: in quibus anima Ade creata fuit vnita corpori. Cum anima sit pars essentialis humane nature. & deus primas res in perfecto statu sue nature & specie instituerit. Vel secundum ꝙ dicit Augu. nō asserēdo sed recitando in septimo sup Gene: Q, anima Ade creata fuit ante corpus perfecta & completa in specie cum inclinatione voluntatis ad corpus administrādum. Similiter etiam opus incarnationis precessit: quia vt dicitur Phili. ij. Filius dei est in similitudinem hominum factus/Gloria etiam spiritualis secundum similitudinem precessit in angelis. Corporalis vero in celo precipue empyreo: vt dicit Tho. questi. lxvi. pri. par. arti. iij. in corpore. Vnde propter hoc: dicitur in Ecci. i. Nihil sub celō nouū. Iam enim precesserunt in seculis que fuerunt ante nos. Quod si contra dicatur per illud Iohā. v. Pater meus vsq; modo operatur: & ego operor. ergo non quieuit die septimo. Respōdetur ꝙ dicitur deum quieuisse die septimo a nouis rerum generibus & speciebus condēdis: que in operibus primis extiterunt vt dictum est. & dicitur assidue operari conseruādo & administrando creaturam conditam. Ad auctoritatem vero quam adducebat Origenes sup Ecci. xviij. Qui viuit in eternum. &c. Respondet Albertus libro de quatuor coeuis: ꝙ intelligatur quantum ad sciennam dei omnia simul apprehendentis. Vel quantum ad quatuor coeua

simul creata.s.natura angelica celum empyreum/ tempus.& materia quatuor elementorum/ in quibus omnia erant vt dictum est. Ad illud postremo quod dicebat Origenes: naturam hanc corporalem fuisse in penam spiritualis creatam. Respondet Aug. xi.de ciui. dei ca. Q3 nichil stultius dici potest q̃ istum solem ceteraq3 corporalia non decore pulchritudinis: vel salute rerũ corporalium: sed in penam animarum peccantium discere deum creasse:

Tertia questiuncula est: Si anime traducantur de nouo ex semine simul cum corpus humanũ seminat᷑ vt dixit Cyrillus Ad quã dixerunt cum Cyrillo aliqui. ꝙ anime nõ creantur de nouo a deo & successiue: sed magis traducunt᷑ per viam seminalem & fiunt ex traduce: cum corpus seminatur a parentibus. ita ꝙ sicut corpus filij est ex corpe patris: ita anima filij sit ex anima patris. Et hoc ꝓbare nitebantur per illud Deuter. xii. Caue ne sanguinem comedas. Sanguis enĩ eorum pro anima est. vnde et quidam philosophi & medici dicunt: ꝙ anima sit in sanguine: & ꝙ sanguis sit sedes eius. sed sanguis est ex traduce: igitur & anima. Item quod egreditur de femore hominis causatur ex semine. Sed dicitur Gen̄. xlvi. ca. Q3 de femore Iacob egresse sunt. lxvi. anime: ergo. Item tertio sic iubemur reuerentiam prestare parentibus ratõne esse quod ab eis habem⁹. Sed esse est ab anima ergo anima fluit cum semine ex traduce & ex parentibus. Sed in cõtrariũ est text⁹ Augustini. libro questionũ noui & veteris testamenti. & ponitur transsumptiue in decretis xxxij. q. ij. ca. Moyses. Probatur etiã hec veritas primo rationalibus: Quia omnis forma que educitur in esse ꝑ

transſmutationem materie & ſeminis deciſionem: eſt forma educta de potentia materie. Hoc enim eſt materiam tranſmutari.ſ. de potentia ad actum reduci. Anima autem non poteſt educi de potentia materie: ergo nec per tranſmutationem poteſt produci. Minor declaratur: Quia nulla virtus actiua agit vltra ſuum genus: ſed conſtat ꝙ anima tranſcendit omne genus corporis: cum habeat operationem ſupra omnia corpora eleuatam que eſt intelligere: Ergo nulla virtus corporea poteſt producere animam intellectiuam. Secūdo patet hoc idem ſic: Quorumcunqꝫ principiorum operationes non poſſunt eſſe ſine corpore: nec initium eorum poteſt eſſe ſine corpore. Nam ſicut res habet eſſe ita operatur/ et ecōuerſo: quorumcunqꝫ principiorum operationes ſunt ſine corpore eorum generatio non eſt per generationem corporis. Operatio autē anime nutritiue & ſenſitiue nō poteſt eſſe ſine corpore: ergo eſſe incipiunt per ſeminis traductionem. operatio autem anime intellectiue cum nō fiat per organum corporeum vt dictum eſt: ſequitur ꝙ non eſſe incipiat per ſeminis traductionem: ergo aliter producitur. Preterea actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito. iij. de anima. Anima autem eſt actus corporis viſici organici potentia vitam habentis: vt patet. ij eiuſdem: ergo corpus anteqꝫ ab anima vitam recipiat: oportet eſſe diſpoſitum organizatū & complexionatum. Nam oportet ꝙ anima prius habeat domū ad habitandū quā creetur. Aliter enī habitaret in ſicco vt dicitur in gloſa decreti vbi ſupra. Secūdo probaē ex ordine quem tenuit deus in formatione Ade: in cuius creatiōe prius formauit corpus & poſtea inſpirauit animā Geñ. ij. Probatur & tertio inconuenienti. Nam ſequeretur ꝙ ſicut multa corpora pereunt cum quandoqꝫ ſemen

defluxum non proficiat natiuitati: vnde nec nascitur hō Ita etiam cum corporibus multe anime perirent quod est inconueniens: cum anime sint immortales. ergo restat dicere q̄ anima organizato corpore creet' a deo. Et ideo vult capitulū Sicuti. xxxvij. q. ij. Q̄ fetus si ante infusionem anime extinguatur nō comittatur homicidiū Quia tunc nō potest dici q̄ sit natus homo: sed debet reus mulctari pecunia. Si autem fetus sit animatū anima rationali: debet reus capite plecti vt dicit capitulum Moyses: causa vbi supra. Magister etiam sententiarum in. ij. di. xxviij. De hoc sic dicit. Catholica ecclesia nec simul nec ex traduce factas esse animas docet. Sed in corporibus per coitū seminatis atq; formatis infundi atq; infundendo creari. Ad argumenta autem in oppositum Ad primum dicitur q̄ sanguis non est anima: sed inter alios humores disponit plurimū ad vnionē & cōseruationem aie cū corpe Nam vt dicit Albert⁹ ex humore sanguis generant' spiritus/quibus virtutes aie deferunt' ad organa potentiarum. Vnde & illud quod dicunt q̄dam phi & medici q̄ aia sit in sanguine &c. non est sic accipiendū q̄ sanguis sit res animata. vel quod anima principaliter coexistat sanguini: vel q̄ nullibi sit in corpore vbi non sit sanguis: nam ossa & nerui: sanguinem non habent: quorum anima est forma substātialis: facta etiam supernaturaliter subitania totius sanguinis ablatione a corpore sine lesione cōplexionis membrorum ad huc videretur ibi anima posse esse possentq; spiritus vitales & animales: aliquanto tempore sufficere ad operationes suas: remoto toto sanguine a corpore: & etiam ante primum instans productionis anime in embrione ibi non fuit sanguis: nec in illo instanti potuit generari: sed aliquantum tempus adhuc requirebatur: igitur ani

ma est apta nata esse in corpore sine sanguine. Dictum er go illud philosophorum q sanguis sit sedes anime videtur intelligendum ex eo q ad dispositionē sanguinis sequitur dispositio operationū vitalium ita quod si deficiat sanguis: operationes deficiunt: si sanguis sit optime dispositus: operationes erunt validissime: si autem corruptus infect⁹ aut aliter male qualificatus sit: operatiões vitales impediuntur & deficiunt. & causa hu⁹ est quia instrumenta anime que sunt spiritus vitales & animales/ quibus pro exercendis operationibus vitalibus anima corpore indiget: & sine quibus nō est apta nata illas facere: originaliter generant ex sanguine sublimato: cōcurrēte quodāmodo substantia aeris. ꝓpterea sanguis corruptus vel veneno infect⁹: crudus seu indigestus nō est aptus ad generationem spirituū vitalium & animaliū in epate aut in corde: nec per cōsequens est aptus ad operationes eorū. vnde necesse quandoq est ex toto propter hoc deficiat compositum. Ad secundum dicendum vt dicit Tho. pri. parte. que. cxviij. arti. ij. q in auctoritate illa ponitur pars pro toto. i. anima pro corpore per figuram synodochen. Ad tertium dicitur q parentes non dant esse rationale quasi per defluxum: sed disponūt corpus in matrice vltima dispositiōe ad quā sequitur de necessitate anima rationalis.

Quarta questiūcula ē: si q̄s

q dicimus animas non sint anime sed demones spiritus apostate inclusi corporib⁹ vt ibi purgētur vt dixit Cyrillus. Ad quā aliqui simpliciter dixerūt q quas nos dicim⁹ incorporib⁹ humanis aīas: nō sūt aīe sed spiritus reprobi & angeli apostate. i. demōes in corpibus humanis inclusi vt ibi purgentur: & dilabi dicuntur de corpore in corpus vt si eos in vno corpe nō penituisset

nec fuissent purgati peniteret & purgarētur in alio. Sed hec opinio ridiculosa est: & tripliciter errat. Primo quia ponit per penitentiā demones saluandos. Contra quod dicitur Mathei.xxv. Ite maledicti in ignem eternū. ¶ Secundo quia ponit nō esse animas contra illud Mathei.xi In patientia vestra possidebitis animas vestras. Tertio quia dicit demones indui in omnibus corporibus humanis quod dicere est insipientis. Concedere enī demones habitare vbi habitat spiritus sanctus stultum est. Sed spiritus sanctus habitat in mentibus & humanis corporibus secundū illud prime Corinth. xiiij. An non scitis quia membra vestra templum sunt spiritus sancti: ergo opinio istorū falsa & heretica est: & merito reprobāda.

¶ Uinta questiuncula ē: Si

anime organizato corpore successiue simul creando & infundendo ex nichilo creentur a deo. Ad quam respondendo ponenē vnum notabile & due conclusiones. Notabile autem est ꝙ in matrice siue embrione per actionem agentium.i.parētum: disponitur materia & corpus ad susceptionem anime rationalis cū tota materia corporalis: agat vt instrumentum virtutis spiritualis & precipue ipsius dei: & sic homo disponendo dicitur generare sibi simile. Deinde sit hec prima conclusio: Anima intellectiua ex nichilo creatur a deo. & ꝓbatur: nam cum triplex sit agens.s.artificiale: naturale & supernaturale. Actioni agentis artificialis de necessitate substernitur ens in actu. Actioni autem agentis naturalis subijcitur ens in potentia.i.materia. Actioni vero agētis supernaturalis de necessitate nichil subijcitur. Cum igitur anima a tali agente creetur: ergo nulla preiacente materia: sed ex nichilo deus eā creat. Secunda conclusio

u eius organizato corpore actione parentum: animam infundit in corpore & infundendo creat & quidē in corpore maris post quadraginta dies comuniter a cōceptione prima. In corpore vero femelle per octuaginta. Rationem autem diuersitatis in masculo & femina de infusione anime ratioalis assignat Plinius & dominus Dominicus tholosanus post philosophos super Leuiticum xij. ca. Nam fetus masculinum concipitur ex semine calido in dextera parte matricis: que est calida. Fetus autem femineū ex semine frigido in sinistra pte matricis Frigidum autem tardum est & pigrum in operatione sua. Calidum vero velox: & ideo virtus formatiua in vno semine velotius & citius mēbra organizat & format q̄ in alio. Probat hāc conclusionē Augustin⁹ libro de ecclesiasticis dogmatibus sic inquiens: Animas hominū nō esse ab initio creatas inter ceteras intelligētias: nec simul omnes creatas (sicut Origenes finxit) dicimus nec cū corporibus seminari per coitum sicut Luciferi ani: & Cyrillus & quidam latinorum presumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniugij copulam seminari Creationem vero anime creatorē solum noscere. eiusq̄ corpus coagulari in vulua & compingi atq̄ formari: & formato corpore animam creari & infundi vt viuat. Vltimo homo ex aīa constans & corpore: nascit̄ & egredit̄ viuus ex vtero plenus humana substantia. Hec ille.

Certa questiuncula est: Si

f deus rationabiliter agat cooperans in animabus coitus illiciti. Ad quam sic false arguunt aliqui: Si deus de foris infundit animas (vt dictum est & adducit philosophus in libro de generatione animalium) Deus cooperabitur in adulterijs: de quorum illici

to coitu proles interdũ generant. Ad hoc dicit secundũ Tho. prima pte. q. cxviij. arti ij. ad vltimum ꝙ in actione adulterorũ illud quod est nature bonum est: & huic cooperatur deus. Quod vero est inordinate voluptatis malum est. & huic deus non cooperatur. Hec. Tho. prima parte & dominus Iohannes de Turre cremata Cardinalis sancti Sixti ordinis predicatorũ. super decretum.

Septima questiuncula est:

Cur deus creauit & creat animas quas nouit dãnandas: & angelos quos nouerat lapsuros. Ad quã respõdent primo theologi dicẽtes ꝙ qꝛa dei prescientia aiabꝰ ratiõalibus creãdis aut creatis necessitatem respectu operũ suorũ ad vtrũlibet nõ imponit/sed magis reliquit eas in manu cõsilij & arbitrij sui. Ideo licet presciuisset deus aĩas fore damnãdas/ voluit nihilominꝰ eas creare: qꝛa sciebat etiã eas libere acturas quecũqꝫ agerẽt. Pro q̃ sciendũ ẽ ꝙ deꝰ prescit q̃dã esse futura de necessitate. i. ex cã necessaria sicut solẽ oriri cras. Quedã vero ex libera volũtate vt hũc currere vel aliq̃d opari. Sol ḡ necessario orietᷣ qꝛa sic deꝰ p̄sciuit & ordinauit: & hõ volũtarie opabitᷣ: qꝛa sic deus presciuit & preuidit. Illa ergo que sunt a causa necessario operãte: necessaria sunt de necessitate. que vero a causa libere opante: ventura sunt libere: quia deus sic euenire instituit & presciuit. Verũtamen quoniam intellectus diuinus ab eterno cognoscit vnũquodqꝫ contingentiũ nõ solum ꝓut est in causis suis: sed etiam ꝓut est in esse suo determinato quod .s. habet qñ est in rerũ natura: & tũc res certitudinaliter cognoscitur. qñ cognoscitur secundũ ꝙ est actu: vt patet in eo qui vidit sortem currere actu. Ideo ab eterno itellectꝰ diuinꝰ certitudinaliter & indefectibiliᷣ cogñscit vnũquodqꝫ futurũ: sed ꝓpter

ea contingētib⁹/& liberis actibus necessitatem nō impo nit: sicut etiam si aliquis videat aliquem facere rotam necessario sequitur q̄ ille faciat rotam: nec tamen visus istius est causa q̄ ille faciat rotam. Sic etiā preuidet deus istius mala opera. nec tn̄ est causa q̄re ipse mala opereṫ.

Secundo respondet ad hanc petitionē: & similiter ad illā de angelis malis. Augusti. xi. libro sup gen̄. dicens: Talia querētibus respondeo altitudinē consilij dei Ego penetrare nō possū: & lōge sup vires meas negocium hoc esse ꝓfiteor: meliorib⁹ sanctioribusq̄ aperiendū reseruatū. Verumtamen q̄a nos cōcedim⁹ meliorē naturā rationalē que oīno peccare nolit. Concedant ergo talia querentes nō esse malam creaturam que sic facta est/ vt possit non peccare si velit. Sicut ergo ratio vera docet meliorē esse naturam quam prorsus nullū delectat illicitū. Ita ratio docet etiā bonā esse que habet in potestate illicita cohibere. Ita vt non solū de bonis recteq̄ factis gaudeat: verū etiā de prauorꝫ vitatiōe leteṫ. Cum ergo talis natura esset bona: illa vero in se melior cur illā solā & nō potius vtrāq̄ faceret dn̄s deus. Illa q̄dem iā est in sc̄is āgelis hec ī sc̄is hominib⁹. Qui etiam ab initio ꝑtes iniq̄tatis poti⁹ elegeṙt: nō ideo q̄a p̄sciti erāt: creari nō debueṙt q̄a habueṙt ēt mali locū suū ī reb⁹. Tum ꝓ decore vniuersi. tū ꝓ vtilitate sc̄orꝫ: cū ĝ iusti ꝑ iiustos: & pij ꝑ īpios ꝓficiunt cur de⁹ sapiētissim⁹ nō creasset ēt quos p̄sciebat malos futuros. cur nō fecisset quos tā ml'tipliciter sciebat bonis ꝓfuturos/ & vtiles ꝓ voluntatib⁹ bonorū excitandis & exercēdis atq̄ ꝑ sua ꝑuersa volūtate ad declarationem iusticie puniēdis. hec ille. Rationabilissime ergo sicut fecit de⁹ hoiem rectū relinquēs eū in manu arbitrij sui: ꝓponens ei p̄cepta & aquā & ignē: vt dicitur Eccl. xv. Vt apponeret manus ad q̄d vellet. ita suo modo ab initio: oēs

angelos fecit rectos: & dedit eis sciam & virtutē sufficiē tē ad stādū i rectitudine iusticie: & dimisit eos in libtate respectu boni & mali arbitrij eoꝝ: & decreuit cōcurrere cū eorū volūtatib⁹ ad oēm actū bonū vel malū/quē elicitiue ꝑducere vellēt: & hoc quo ad actuū entitatē: & nō q̄ ad eorū deformitatē. ita ꝙ si sua libtate declinarēt in partem iusticie: in ipsorū penis diuina manifestaret̄ iusticia Si vero mallent stare in rectitudine: largitas diuine misericordie in collatione excellentissime felicitatis demonstraretur. Hec Henric⁹ de hassia. Quoniam vero illustris princeps teste Plinio maiore. Benignū est & plenū ingenui pudoris fateri ꝑ quos ꝓfeceris. Notabo ꝓpterea nōnunq̄ in calcib⁹ & pedib⁹ questiūcnū doctores & loca ex quib⁹ elicitiue que scribo emūxeri & elicuerim.

Secūdū caput prime decadis

Secundum caput est de immortalitate anime ratiōalis. Circa quod decem liquefient q̄stiuncule. Prima erit: si aīe ratiōales sint imortales & in corruptibiles. Secūda: si vas hoc fictile corpus humanum aīe perfectibile corruptū & incineratū resurget iterū & viuificabitur. Tertia cum resurrectio corporū secundum fidem i fine mūndi sit futura. Petitur si verū sit ꝙ mundus habeat terminari. Quarta: si mundo vel alicui creature repugnet simpliciter esse ab eterno. Quinta si anima moriente homine desinat informare successiue: partem post partem corporis: an forte omnes ptes simul in eodē instanti in formari desinat. Sexta An possit contingere ꝙ corde iam mortuo: anima adhuc informaret aliquam aliam partem: vel aliud membrū corporis. Septima anima exiēs de corpe ad quā diffe

tentiā positionis naturaliter exeat. An sursum. An de orsum: dextrū vel sinistrum: ante vel retro. Octaua: Anima exiens de corpe ad quos terminos vadit: an de luce ad tenebras: vel de tenebris ad lucē: de gaudijs ad tristiciam: vel de tristicia ad gaudia. Nona An iudiciū particulare anime egredientis de corpore fiat a christo corporaliter: an ab angelis custodibus earū. Decima An a primo instanti nō esse hominis vsq ad eius iudicium particulare sit aliqd interuallum & spaciū tpis.

Prima questiūcula huius

secundi capitis est: Si anime ratiōales sint immortales & incorruptibiles. Ad quam videtur primo respondendū negatiue. Nam primo Salomon dicit Eccēs. iij. Vnus est interitus hominū & iumētorū & equa vtriusq cōditio: sed illa simul corpore & anima intereunt: ergo. Item primo celi dicit philosophus Illud quod nō semp fuit: īpossibile est habere virtutem semp essendi: sed aīa nō semp fuit: ergo &c. Item quorum non est vnū esse: nō potest alterum corrūpi: quin & alterum corrūpatur: sed corporis & aīe sicut materie & forme in cōposito est vnū esse: ergo. Item Alexāder grecus/vt recitat cōmetator. iij. de aīa. & Albertus in libro de origene aie: dixit aīam rationalē esse generabilē & corruptibilē more aliarū formarū naturaliū: per nobilissimā mixtionē qualitatū primarū: & dissolutionem eiusdem mixtionis. Item Plinius li. vij. ca. lv. Naturalis historie dicit: de aīab⁹ facilius certiusq est sibi quēq credere ac specimē securitatis ā gēitali sumere experimēto. Sed in cōtrariū est Aristo. xij. metha. vbi dicit: Omnis forma corrumpitur corrupto eo cuius est forma, preter aīam ītellectiuā. Et. i. de aīa dicit. Intellect⁹ videt̄ substātia quedā esse & nō corrumpi. Et Dio. iiij. ca. de diuinis

nominib⁹ dicit:aīe humane habēt ex bonitate diuina ꝙ sint intellectuales & ꝙ habeāt substantialē vitā & incon sumptibilē. Pro solutione huius petitionis relictis theo log.s qui in hac parte possent esse suspecti:probabit ani marū īmortalitas rationibus naturalibus:auctoritatibus gētilium:& exemplis. Primo sic.Omne illud quod est alienū ab omni materia & corruptione corporali est im= mortale & sempiternū:Sed oīs aīa rōnalis est huiusmo= di.ergo oīs aīa rōnalis est īmortalis.Argumētū est in pri= mo prime.Maiorē vero ꝓbat phūs.vij.meth.vbi ostēdit rerū corruptionem esse ꝑticipatione materie dicēs. Ma= teria est ꝑ quā res pōt esse & nō esse.i.corrūpi & nō cor= rūpi.Et.i.phisicorum dicit.Materia est primum subie ctum vnicuiqꝫ entiū ex quo fit aliquid cū insit. Propter hoc phūs primo de celo cōcludit celū esse incorruptibile qa nec materiā habet nec subiectū ex q̄ fiat Hinc Auer= roys.i.phisicorum dicit.Ex hoc declarabit̄ ꝙ corpa ce= lestia oīno nō habeant materiā qa tūc essent generabilia & corruptibilia.Nichil enī est aliud cā generationis & corruptiōis quā materia prima ꝓpter nō ēe inclusū ī sub stantia ei⁹.Minorē vero ꝓbat Anaxagoras dicēs:aīam esse īmortalē:īmixtā:īpassibilē.s.passione corruptiua nō ꝑfectiua.Hec rō ē Scoti i.iiij.sniarum. Scdo hoc idem ꝓbat̄ sic:Nulla forma corrūpit̄ nisi vel actiōe cōtrarij vel corruptiōe sui subiecti:vel ꝓpter defectū sue cause Per actionē qdem cōtrarij:sicut calor destruit̄ ꝑ actio nē frigidi.Per corruptionē sui subiecti:sicut destru= cto oclo:destruit̄ eius visus:vel virtus visiua. Per de= fectū aūt cause:sicut lumē in aere deficit deficiēte solis p̄ntia:q̄ erat ei⁹ cā.Sed aīa corrūpi nō pōt a corruptiōe cōtrarij:qa ei nō ē aliqd cōtrariū:cū ꝑ itellectū possibi lē sit ipa omniū cōtrarioꝝ susceptiua.nec ꝑ corrupti

onem sui subiecti cū aīa humana sit forma nō depēdens
scđm esse a corpe. Sed nec ꝓpter defectū sue cause: qa cām
nō hēt nisi eternā: cū a solo deo creet: vt ꝓbatū ē: ergo aīa
intellectiua nullo mō pōt corrūpi corrupto corpe. hec
Tho. ij. cōtra gēn. ca. lxxviij. Tertio sic: phūs. i. &. v. phi.
dicit oēm trāsmutationē & altatiōes eē īter termios cōtra
rios vnde dicit i. i. phi. Oēs igit̄ pricipia cōtraria faciūt
&c. Tunc sic: Si naturaliter aīa veniret ad nō esse per es
sentiā: esset alterabilis: cū alteratio sit preuia corruptiōi.
Sed ipa nō est alterabilis: cū qualitates cōtrarie īter quas
est alteratio sint accidentia inseꝑabilia materie prime:
& corpoꝝ elemētatorū. Vnde & cōmēta. ij. phi. cōmēto.
xv. noīat has qualitates essentialia accidētia materie a qua
materia: aīa est oīno aliena: vt ꝓbauit prima rō: ergo idē
qđ supra. Item quarto sic. Aristo. i. & . ij de celo. & . iij.
de aīa dicit. Qꝫ deus & natura nichil agūt frustra. Et in
ij. phisi. dicit: Vanū esse cū nō fiat. Cum igitur sint due
potētie nr̄e vniuersales. s. intellectus & volūtas ꝓducte
ad cōsequendū primū verū & sūmū bonū. & hic nō ac-
quirantur: vt experientia monstrat: quia qđ est tꝑale / ve
re beatum & felicem facere non potest: ergo necessarium
erit / aut qꝫ iste potentie sint frustra: aut qꝫ sit dabilis
alia vita in qua consequamur obiecta nostra: qđ est īpos
sibile si post hanc vitam immortales non remanerent ani
mi. Quinto sic: conditiones recipientis & recepti debēt
ꝓportionari: sed vniuersalia que recipiuntur in anima
sunt immortalia & incorruptibilia. primo posteriorum
ergo etiā anima intellectiua. Sexto idem ꝓbatur sic qa
si anima esset materialis non esset intellectus reflixiuus
supra se: nec vniuersalium cognitiuus. Quod si dicatur
qꝫ licet per se anima non corrumpitur cum non habeat
materiā corrūpitur tñ per accidens, ad corruptionē cor-

poris. subiecti ꝓpinqui: sicut alia accidẽtia & forme sub stantiales siue naturales. Ad hoc dicit̃ ꝙ illud dicit̃ p ac cidẽs corrũpi ad corruptionẽ alterius: qd nõ põt esse si ne illo: & a quo depẽdet quãtũ ad esse & cõseruari: vt patet de accidentib⁹ & formis naturalib⁹. Nunc aũt aïa rõnalis põt esse sine corpe: cũ separet̃ a corpore tanꝙ̃ ꝑ petuũ a corruptibili. iij. de aïa. & sola iter formas natu rales sit forma & subã: & maiorẽ depẽdentiã hẽat corp⁹ ab aïa ꝙ̃ econuerso: cũ aïa corpori cõparet̃ vt causa for malis efficiens & finalis. ij. de aïa. Nunc ponende sunt auctoritates phõꝝ & gentiliũ. Et primo Platonis de quo sic dicit Aug⁹. ix. de ci. dei. ca. ix. Plato eni cũ de hu manis animis ageret/inquit. Ipse misericors deus mor talia illis vincula faciebat. Ita ergo hoc ip̃m ꝙ mortales sunt hoïes corpe: ad misericordiã dei patris ꝑtinere arbi trat⁹ est: ne semp hui⁹ vite miseria tenerent̃. Et Lactan tius. iij. li. Institutionũ. Multi inqt phõꝝ/librũ de imor talitate: quẽ Plato scripsit: legẽtes: se ꝓprijs manibus ne cauerũt tanꝙ̃ post mortẽ in celum migraturi essent. Et Aristo. iij. de aïa dicit de intellectu agẽte & passiua po tẽtia. q̃ est intellect⁹ possibilis/nichil adhuc manifestum est. Sed videt̃ gen⁹ alterũ aïe. ꝓpter sui in corporeitatẽ: & hoc sup̃ gen⁹ intellectiuorũ: cõtigere separi videt̃ ab alijs potẽtijs tanꝙ̃ ꝑpetuũ a corruptibili. Item. i. de aïa inqt: intelligere & cõsiderare corrũpunt̃ interiori quo dam. s. fantasmate corrupto. Ipsũ aũt intellectũ ipossi bile est corrũpi. Et subdit. Intellect⁹ autẽ est qd diuinũ & ipassibile. s. passiõe corruptiua. Et cõmẽta: sup. iij. de aïa cõmẽto. xxij. dicit. Patet ex verbis Aristo. Q, aliq̃ ꝑ tes aïe nõ sunt abstracte a subiecto: imo generant̃ & cor rũpuntur eo corrupto. Intellect⁹ aũt est abstract⁹ a sub iecto & nõ generat̃ nec corrũpit̃ cũ illo. Unde intelli

gētie celi simpliciter sūt abstracte a corpe: q̄a nec infor-
māt corp⁹ ne: corpi iherēt. forme vero educte de potētia
materie sunt corpi simpliciter cōiuncte. s. p inherētiā &
p informationē: & iō corruptibiles sūt. Anima vero in
tellectiua/medio mō se habet: q̄a aliq̄ mō cōiungit cor
pi. s: p informationē: & aliq̄ mō abstrahit ab illo. s. p in
herētiā. & hec ē bona phia. Quid vult ergo dicere phūs
Sepat hoc ab hoc tanq̄ ppetuū a corruptibili: nisi q aīa
corrupto corpe remanet icorruptibilis. Itē Aui. ix. me
tha. ca. vij. dicit. Lex nr̄a quā tradit machumet⁹ ostēdit
pfectionē felicitatis & miserie q̄ sūt scd̄m corp⁹. Sed est
alia pmissio q̄ apphendit intellectu q̄ erit i cōiunctiōe
prime & sūme veritatis. Et Algazel in suo tractatu de
naturalib⁹ dicit. Cum aīa sepata fuerit a corpe durabit
ei⁹ coherētia cū intelligētia agēte: & delectabit delecta-
tōe cui⁹ esse explicari nō pōt. Et Alb r. magn⁹ sup. i. de
aīa/disserēs aduersus eos q aīam ponebāt corruptibilē
sic inqt. Sed id qd̄ videt hāc dubitationē destruere est qd̄
ab antiq̄ termegisto/ & nūc a diuinis & icantatorib⁹ as-
serit q. s. spūs quos āgelos aut demones vocāt: & aie ex
ute a corpibus suis mouēt de loco ad locū. Cui⁹ verita
tē & nos experti sumus i magicis. Et Cicero de sōno Sci
pionis: & Sexto de republica itroducit maiorē Scipio-
nē minorē alloquentē dicentēq̄. Sed quo sis affricane
alacrior ad tutandā rēpublicā sic habeto/ oībus q patriā
cōseruauerint aut auxerint certū esse in celo & definitū
locū: vbi beati euo sempiterno fruūt. Et in libro de se-
nectute itroducit Socratē apud platonē dicentē. Quid
multa: sic michi persuadeo: sic sentio. Cum tāta celeritas
animorū sit: tanta memoria preteritorū: futuorū pruden
tia. Tot artes: tante scie: tot inuenta: nō posse eā naturā
que res eas cōtinet esse mortalē. Et in fine de senectute



inqt. E vita ita discedo tanq̃ ex hospicio: nõ tanq̃ ex domo. Commorãdi enĩ natura diuersoriũ nobis, nõ habitã di dedit. O preclarũ diem cum in illud animorũ concilium cetumq̃ pficiscar. Et cum ex hac turba & colluuione discedam. Proficiscar enĩ non ad eos solũ viros de quibus ante dixi. Sed etiam ad Catonem meũ quo nemo melior vir natus est: nemo prestãtior. Cuius a me corp9 crematum est: quod contra decuit ab illo meũ. Et Cirus maior moriens dixit filijs apud Xenophõtẽ vt patet vbi supra. Nolite arbitrari michi carissimi filij me cum a vobis discessero: nusq̃ aut nullũ fore. Nec enim dum eram vobiscum animum meum videbatis. Sed cum essem in hoc corpore/ ex his rebus/ quas gerebam intelligebatis. Eundem igitur esse creditote & si nullũ videbitis. Nec vero claroꝝ viroꝝ post mortẽ honores pmanerẽt si nihil eorũ ipsoꝝ animi efficerẽt: quo diutius memoriã sui teneremus. Michi nunq̃ psuaderi potuit: Animos dũ in corpibus essent mortalibus viuere: dum exissent ex his emori. Et Herodot9 li. v. inquit. Traces verũ circa natalia suorũ atq̃ obitus hoc factitant: edito puero ppinqui eũ circũsedentes cõploratione psequũt: recẽsentes, quascũq̃ necesse est illi q̃ vitam ingressus sit, ppeti humanas calamitates: hoiem fato functum p lusum: atq̃ letitiam terre demandant/ referẽtes q̃ malis liberatus in omni sit felicitate. Idem ponit Valerius libro. ij. Rubrica prima Item Salustius in Catellinario inducit Catonem & Cesarem loquẽtes de penis animarum separatarum. Et Valerius li. ij. Rubrica prima inquit. Immortalitatem animorum mos gallorum approbat: qui pecunias mutuatas apud inferos se recepturos sperant. Et Virgilius in sexto Eneydos dicit: animã post seperationẽ subiectam iusticie diuine: & pro vt in vita gessit: sic post decessum

receptura̅ dicens. Ergo exercentur penis veterumqꝫ malorum. Supplicia expendunt: alie panduntur inanes. Suspense ad ventos: alie sub gurgite vano. Infectu̅ eluitur scelus: aut exuritur igni. Quisqꝫ suos patimur manes/exinde ꝑ amplum Mittimur elisium/& pauci leta arua tenemus. Et Ouidius ponit animoru̅ imortalitate̅ maxime in nono methamorphosios: quando excellentes viros ponit deificatos. Et cu̅ ibidem introducit mortem Herculis & Iouem sic dixisse. Nec nisi materna vulcanu̅ parte nepotum: sentiet. eternu̅ est a me quod traxit & expers. Atqꝫ immune necis nullaqꝫ domabile fla̅ma. Et Seneca prima tragedia: introducit Theseum redeuntem de inferno/& amphitrionem alloquentem dicentemqꝫ. Quisquis est placide potens: dominusqꝫ vite/seruet innocuas manus: & incruentum ditis imperium regat. Animeꝫ parcat: longa permensus diu: felicis eui spacia. Vel celu̅ petit vel leta felix nemoris Elisij loca Certus inclusos tenet locus nocentes. Vtqꝫ fert fama impios supplicia vndis seua ꝑpetuis doma̅t. Et in fine opis dicit: Morte carent aie. Et Iuuenalis satyra. ij. monet esse bene faciendu̅ metu inferoꝝ/vbi aie post morte̅ ꝑpetuo cruciabu̅t/dicens. Esse aliq̃s manes & subterranea regna Et contum & stigio ranas in gurgite nigras. Atqꝫ vna transire simul tot milia cimba. Nec pueri credunt nisi qui nondum ere lauantur. Sed tu vera puta. Et concludit infra: Illuc heu miseri traducimur/arma quid vltra &c. Nunc vero apponamus exempla pho̅rum/quoru̅ aliqui credentes animas immortales/se vltro necaueru̅t quorum aliquos Lactantius li. iij. ca. xv. Institutionum adducit dicens. Multi vero ex his qui eternas esse animas suspicabantur tanqꝫ in celum migraturi essent/sibi ipsis manus iniecerunt: vt Cleantes Elisippus Zeno &

Caput secundum

Empedocles qui se in ardẽtis ethne specu intempesta no cte deiecit: vt cũ repẽte nõ apparuisset abisse ad deos cre deretur. Et ex romanis Cato cũ legisset Platonis librũ qui est scriptus de eternitate aiorum ad summũ nephas philosophi auctoritate cõpulsus est: & Ambrachiades cũ eundẽ librũ perlegisset: altiori loco se dedit precipitẽ. Et Cleobrotus vt imortalitatẽ/quã etiã in libris Platonis legerat cõsequeret: seipsum ĩpegit in mortẽ. hec ibi. Hac expectata & credita ĩmortalitate animorũ Veteres illi magno & excellẽti ingenio phĩ antiquiq; romani/ obitus suorũ: casusq; nature / modice quidẽ/ & equo aĩo admittere sũt conati. Telamon enĩ & Anazagoras phĩ: cũ filios amisissent: nõ amplius lugendũ duxerunt Pericles & Zenophõ socratici alter amissis duobus filijs coronat⁹ in contiõe disseruit. Alter sacrificans cũ filiũ audisset in bello occisũ: coronã deposuit: postea vero quom illũ fortiter in acie dimicantẽ repperit concidisse coronã quã deposuerat reaccepit. Et Socrates spe ĩmortalitatis adduct⁹/nullũ ad iudiciũ capitis quesiuit patronum. Cumq; mortiferũ manu teneret poculũ talia verba emisit. Non se credere moriturũ: sed mortem cũ vita cõmutaturũ quisq; iudicasset. Et Solonis quidem sapientis eulogiũ est/quo rogabat velle suam mortem dolore amicorum lamentisq; vacare. Et Ennius suis dicere consueuit. Nemo me lachrymis decoret: neq; funera fletu faxit. Nam volito docta per ora virum. nõ esse lugendam mortem quã sequit̃ ĩmortalitas. Hinc & ex Romanis. Q. maximus: filium efferes consularem: lachrymas nõ emisit. Et Mar. por. Cato. pretoris designati filij mortem siccis oculis tulit. Mar. Hosti. puluillus edes iouis in capitolio dedicans/nuncianti mortem filij nichil aliud ad eum a proposito auersus q̃ vt cadauer efferri iu

beret. Lucius paulus septem diebus inter duorum exe-
quias filiorum triumphās, vrbē ingressus est. Sed quid hominum exempla ꝓpono. Ciguns dicatus appollini/ quod ab eo diuinationē habere videatur: ꝓuidens nichil mali esse in morte/cū cātu morit̄ & voluptate. Inde etiā volūt ꝙ plurimi ꝙ idcirco corpa mutorū aīalium occisa/nō timeam⁹: corpa vero hūana mortua formidem⁹ quia in primis nichil post mortem remanet: in corporibus autē humanis lateat dicunt nescio quid numinis. Hinc canoniste. xxiiij. q. iij. ca. si habes. dicunt. Si vna anima sine baptismate de corpore exeundo perierit innumerabiliū mors corporum huic damno non potest comparari. Et iurisconsultus. C. de sacro sanctis ecclesijs l. sancimus nemini licere. & ff. de carboniano edicto. l. prima. dicit ꝙ potius sit consulendum anime quā corpori: quia vbi maius periculum: cautius est prouidendum. Sed obsecro preter ea que a philosophis: oratoribus & poetis dicta sunt: & plura adduci possent. vnde tanta ab antiquis legū obseruātia: templorū: statuarūq; erectio: vnde tot funera sumptuosa: tot deorū pietates. Certe omnia ex sola sperata: imo certissima animorū immortalitate. Propterea Cicero cōcludens in de somno Scipionis: animorū imortalitatē dixit. imo vero viuūt qui e corporū vinculis tāq; e carcere euolauerunt. Nostra vero q̄ dicit̄: vita mors est. Nunc o illustris priceps adducam ex Herodiano greco/carptim quemadmodū Romani vt animorū imortalitatem ostenderent: imperatorū manes post funera inter deos referebāt. Mos est Romanis Herodianus inquit: Imperatores sic cōsecrare: referreq; inter deos. Quippe certā imaginem defuncto similimā: vestibus instratam aureis: super lectum eburneum in regie vestibulo proponūt. A leua quidē

senatus oīs vestibus atris amictus. A dextera vero matrone honorabiles: clareq; etiam vestibus exilibus indute. Post vero septem dies nobilissimi iuuenes & lectissimi ī lectum humeris attollūt: inuectūq; per viam sacram deferunt in forū: vbi magistratus Romani: deponere imperium consueuerūt. Erant circa lectū gradus ad scalarum similitudinem: in quib⁹ altera ex parte puerorū & feminarū chorus hymnos poemataq; lamentabili carmine in defunctum modulabantur. Inde extra vrbem ī campū marciū lectus deferebatur. Assurgebat hic suggestus quidā. i. pulpitus: in tabernaculi forma cōpactus: materia ingentiū lignorū oppletus, ad intra fomitibus aridis: auro vero varijsq; picturis extra ornatus. Supra hunc pulpitū alter erat minor forma: sed ornatu psimilis. Tertiusq;: item & quartus semp īferiore cōtractior ac deinceps alter donec ad extremū q erat omnium breuissimus perueniret. Posses eius edificij formā cōparare turribus his que īminentes noctu igne prelato naues in tutas statiōes dirigunt (pharos vulgus appellant) Igitur lecto in secundū tabernaculū sublato: gens oīs & ciuitas aromata & suffimenta cīs generis: fructus: herbas: succos oīs odoratus cōquirūt: atq; semp aceruatim effundunt. Tum circa edificium: adequat ordo vniuersus equestris: lege quadam & recursu motuq; pirritico. Demū facem capit imperij successor: eā admouet tabernaculo: tum ceteri vndiq; ignem subiciunt: cunctaq; illico fomitibus illis aridis odoramētisq; referta: igni valido corripiuntur. Moxq; ab extremo minimoq; tabernaculo: tanq; e vastigio quodam simul cum subiecto igne aquila dimittitur: que in celum creditur ipsam principis animam deferre. Ac iam ex illo vna cum ceteris numinibus imperator colitur. Hec ille. Nunc ad

argumēta respondetur: & ad primū dicitur ꝙ Salo mon ibi loquitur ex persona insipientium & epicu reorū: vt dicit Tho. i. par. q. lxxv. Et similiter respōde tur ad illud Sapi. ij. Dixerunt impij apud semetipsos non recte cogitātes: exiguum & cum tedio est tempus vite nostre: & nō est agnitus/qui sit reuersus ab inferis quia ex nihilo nati sumus: & post hoc erimus. q̄si non fuerim⁹. Ad secundū dicit̄ ꝙ anima nō habet virtutē ad essendū semp. i. sine principio & sine fine. sed sem per. i. sine fine. tantū habet virtutem ad essendum. Pri mo modo accipit phūs in de celo. Vnde vt dicit Scotus in. iiij. hoc aduerbium semp in predicato dicit principi um & finem. a parte autē subiecti positum: dicit tantū finem. Ad tertiū dicendū ꝙ sicut cōmētator dicit in. iij de aīa. Intellectus nō eodem modo dicitur forma sicut alie forme materiales & naturales. Nam anima cum habeat esse absolutū: vt eius operatio ostendit: non est per esse cōpositi: sicut alie forme materiales: quin poti⁹ compositum est per esse anime. Et ideo corrupto corpo re/nō corrumpitur per accidēs anima/ sicut alie forme que nō sunt nisi per esse compositi: & ꝓpter hoc quan do aīa seperat̄ a corpore. bene desinit esse forma: sed nō desinit esse essentia: quod formis naturalibus nō conue nit. Ad quartū respondet Albertus vbi supra in oppo nēdo dicēs: ꝙ solus Alexander peripatetic⁹ ab omnibus peripateticis degenerauit dicens: animā rationalem cū corpore interire. Ad quintū ipsius Plinij respondet̄ ipsum tanq̄ ꝓphanū negando. vel ꝙ dixerit illud reci tatiue & nō assertatiue. Ergo cū ecclesiastes vltimo con cludamus. Cū moritur homo & diuiditur aīa a corpe: reuertit̄ puluis in terram suā: & spūs redit ad deum qui fecit illū: cuius sententiam confirmat Lucretius dicens

Cedit idem retro/quod fuit ante de terra. Sed quod mis
sum est ex superis rursum celi fulgentia tẽpla receptãt.

Secunda questiuncula est:

Si vas hoc fictile corpus humanũ anime pfectibile corruptũ & incineratũ resurget iterum & reuiuificabit; Ad quã respondendo dicendũ est: ꝙ multi phĩ qui imortalitatem animorũ posuerũt viuificationem tamẽ corporũ & illorũ eandẽ numero resurrectionem: vt dicit Aug. xij. de ci. dei. ca. iiij. Nullo modo potuerunt credere munientes se rationibus: auctoritatibꝰ: & exemplis. Prima ratio eorũ ẽ talis. Agens naturale nõ agit nisi per motũ vel mutationẽ. Motus autẽ/ & mutatio interrupta, redire idem numero nõ potest. Nam interruptio motus & iteratio eius repugnat cõtinuitati & vnitati illius: vt patet in esse generationis hoĩs: & esse ipsius resurgẽtis. Non ergo terminus eiꝰ potest redire idẽ nũero. Hanc rationẽ ponit Scotꝰ in. iiij. di. xliij. Et dñs Egidius romanus in cõmẽto quĩti phisicorũ. vbi ponit phũs exemplũ de sanitate cõtinuata in mane: interrupta in meridie: quam dicit nõ esse eandẽ numero, cũ reddita in vespere. Item secũdo sic. Natura semꝑ per formã aliquã operat̃: nã principium cuiusq; operatiõis est aliq̃ forma. primo celi. Ignis enim agit ꝑ calorẽ. Artifex vero per formam in mẽte. Sed corruptũ amisit illud quod poterat esse principium actiõis: ergo nõ potest redire: nec a se cum nichil possit seipsum generare & educere de potentia ad actum. Nec ab alio q̃a sic genitũ esset generanti: nõ solum idem specie: sed idem numero. Hec ratio est sancti Tho. iiij. contra gentiles. Item tertio sic: Deus nõ potest facere preterita nõ fuisse preterita: nam hoc solo priuat̃ deus, vt dicit phũs. vi. ethicorũ. de men-

te agatonis ingenita facere que facta sunt: ergo nō pōt corpa corrupta & preterita & dissoluta resuscitare quia faceret nō solū preterita non fuisse preterita: sed ea esse pñtia. Nunc idē ꝓbaī auctoritatib⁹: & primo Eccēs. iij. dicit. Vnus est intentus hominū & iumentorum: & equa vtriusqꝫ cōditio: sed iumēta nō resurgēt: ergo. Et Iob. xvij. Homo cū dormierit nō resurget donec altere tur celum: sed celum nūqꝫ alterabitur cum sit icorrupti bile: ergo. Et phūs. vij. metha. Negat vinū ex aceto red ditū in vinū: etiā imediate esse idē: nec numero nec spē Nam oportet pri⁹ resolutionē fieri ad materiā cōem. Et Auicēna dicit. iij. sue meth. qđ ānichilatum est nō reuer tit: sed forme corporum humanoꝝ vltimo annichilant: qa nichil de illis remanet nisi materia prima. ergo. Itē in postpredicamētis dicit. A priuatiōe ad habitū nō est regressus. Qđ intelligitur scḋm Scotū de priuatiōe sub sequēte formā: nō formā precedente. Et plini⁹ libro. vij naturalis hystorie. ca. lv. dicit: Resurrectio corpoꝝ que dam vanitas est. Et cōmētū de asseruādis corpib⁹ homi nū ac reuiuiscēdis ꝓmissum a Democrito: q nō reuixit ipse: malicꝫ ipsa demētia sit reiterari vitā mortemqꝫ. Hec stle exemplo etiā patet: nā alique natiōes vescunī carni bus humanis. & solū tali nutrimento nutriuntur: ergo hec caro in eo quē nutriuit resurget: & non in comesto ergo saltim: nō erit vniuersalis resurrectio corpoꝝ: vt dicūt christiani. Hec Tho. iiij. cōtra genti. ca. xviij. Qđ aūt alique natiōes vescanī carnib⁹ hūanis: patet p Hie roni. cōtra Iouinianū dicentē. Quid loquar de ceteris nationib⁹: cum ipse adolescentul⁹ viderī in galliā: sco tos gentē britanicā: humanis vesci carnib⁹. Et cum per siluas porcoꝝ gregē: & armentoꝝ pecudūqꝫ reperiant: pastoꝝ nates & feminarū papillas solent abscindere: &

has solas ciborū delicias arbitrari. Et Massagetes & derbices miserrimos putāt q̄ egrotatiōe moriunt̄: sed parētes & ꝓpinquos cū ad senectā venerint iugulatos deuorant: rectius esse dicētes: vt a se potiusq̄ a vermibus cōsumenť. Hec ille. Sed in cōtrariū est Innocentius tertius ca. i. extra de sūma trinitate & fide cath. vbi dicit: Oēs cū suis ꝓprijs resurgent corporib⁹/que nūc gestāt/vt recipiant oēs s̄cdm opera sua: siue bona fuerint siue mala Idem habetur multis alijs locis vtriusq̄ testamenti: & in sacris doctoribus fidelibus. Pro responsione sciendū est q̄ multi ex antiquis & modernis solo noīe christiani attendentes principia sola phīe que fundantur in virtute nature: que semel corrupta ex toto: eadē numero reparari nō pōt: exciderūt a fide. Nam ī primis scribiť Actu. xvij. Predicante Paulo resurrectionē athenis q̄dā philosophi epicuri: & stoici dicebāt. Quid vult hic semiator verborū nouorū demonioꝝ annūciatorē & duxerūt eū ad ariopagū: & cū iterū p̄dicaret corā rege agrippa resurrectionē. Festus phūs maximus. voce magna dixit: insanis Paule: multe l̄re te ad insaniā cōuerterūt. Ibidē ca. xxvi. Saducei ēt resurrectionē nō credētes cū christo in palestra fuerūt ꝓponētes historiā mulieris septem viros habētis. Luce. xx. Similiter philetus & Hymeneus. ex eadē cā negauerūt resurrectionē vt inq̄t Pau. ij. ad thi. ij. Et cum contra eos textus Iohānis adduceretur. Ioh. v. Venit hora & iā nūc est q̄n mortui audient vocem filij dei: & qui audierint viuent. Respondebant q̄ illud intelligebatur de resurrectione sp̄uali animarum in baptismo in fide & obedientia. Illāq̄ iam factā cum diabolo & pompis eius abnegamus: christo fide inherētes in baptismate. Q̄d si contra eos argueret̄ vt Pau. ij. ad Corinth. v. arguit dicendo: Si resurrectio mortuo

rũ nõ est: nec christus ergo resurrexerit. Respondent ꝙ christus de gratia speciali/quã solus habuit ratione sue diuinitatis: que nunꝙ separata fuit a corpore eius in sepulchro: nec ab ei⁹ anima in limbo: nec a sanguine effuso tunc in cruce & in terra & iterum assumpto in resurrectione: excitauit se a mortuis idem numero ꝓpria virtute quod nulli alteri a christo põt cõuenire. Ideo ĩ christo resurrectionem concedũt: in alijs vero nõ. Dixi autẽ hic ꝙ diuinitas nunꝙ fuit separata a corpore: anima & sanguine intelligendo vnione ꝑsonali: bene tamẽ fuit separata vnione integrali nature: qua vnione aĩa vnit corpori. vt declarat sanctus Tho. iij. par. q. lij. Origenes similiter. vt adducit Hieroni. ad Pãmachium contra Iohãnẽ hierosolymitanũ episcopũ. Resurrectionẽ corporũ negauit ꝓpter illud Pauli. i. corinth. xv. Caro & sanguis regnum dei nõ possidebũt. Si eni (dicit Origenes) eadẽ ossa caro sanguis idẽ vultus & mẽbra totiusꝙ corporis particule resurgẽt in nouissimo die: vt simplices & philosarces. i. amatores carniũ dicunt. Consequẽs est dicere ꝙ a nobis sit comedendũ: bibẽdũ: dirigendũ ducende vxores: liberi ꝓcreandi. aliter enim frustra ibi essent iste potentie. Item Martion. apelles. valentinus. Manes: salutem tantũ tribuerũt animabus: corporis vero. i. carnis resurrectionem penitus negãtes: eam tantũ putatiuã & fantasticam concedentes. Frustraꝙ dicunt nos ad exemplũ domini resurrecturos. Cum ipse quoꝙ dñs in fantasmate resurrexerit. Et nõ solum resurrectio eius: sed ipsa natiuitas putatiue magis visa sit quã fuerit Iohãnes etiã & Rufinus dicunt: ꝙ anima cũ hoc fedum caducumꝙ corpusculum: dei iussione dimiserit: corpora humana redibunt ad materie sue antiquas substantias. Carnes in terram: alitus in aera: aqua in humorem

calor ad ethera. Nam vnūquodq; resoluit in hiis ex q̄bus componit. vi. phisicoꝝ. Nunq̄ tamen dicūt eadem corpora in antiquā speciē redire: nec posse ex toto eadē esse que fuerunt. Et ponunt exemplū: nam si sextariū lactis aut vini mittas in pelagus: velisq; rursum separare vinum aut lac quod fusum fuerat: non poteris. Licet vinum & lac que fuderas non perierint. Sic dicunt substantiam carnis & sanguinis nō perire quidem in originalibus materijs: nunq̄ tamen in antiquā speciē redire posse. Non ergo dicunt corpora nostra pristinam recipient vilitatē vt. s. carnes: ossa sanguis & mēbra resurgant: & tonsore egeamus ꝓ vnguibus: libidines efluāt inferiores partes stercora emittant. Sed aliud nobis erit ethereum & spūale corpus quod nec tactui subiacebit: nec id oculus videbit: pondere nō grauabit: & ꝑ locorū varietate in quib⁹ futurū est nō mutabit. Hi sunt fere omnes hereticorū in tanta diuersitate de resurrectione corporum errores. Nunc aūt ex sacra scriptura doctoribusq; fidelibus, ponēda est de dilapsorū in cinerē corporū regeneratiōe vera & catholica snīa. & de īde p̄scriptis obiectis respōdebit. Ad cuius euidentiā ponit scḋm theologos in. iiij. snīaꝝ. d. xlvij. &. xlviij. hec conclusio vniuersalis. Q̄d oēs hoīes mūdi preteriti: presentes: & futuri: boni & mali: cuiuscūq; secte: status: cōditiōis: & etatis fuerit: in nouissimo die resurgēt cū corporib⁹ suis & reddēt de factis ꝓprijs rationē. Que cōclusio ꝓbabit rōnibus, auctoritatibus & exēplis. Prima rō sumit ex aīe rationalis cōditiōe. Forma eni que ē per se subsistēs & ad beatitudinē ordinata: ꝑ ip sam potentiā & beatitudinē pficit. Sed aīa humana cū sit forma & actus: habitudinē habet ad potentiā siue ad corpus cuius est actus. ij. de aīa. Ergo vel oportet dicere q̄ aīa remaneat in ppetuum imperfecta cū sit immortalis & in corruptibilis

quod non est dicẽdum: quia nõ solũ natura abhorret imperfectũ: sed fortius auctor nature: cuius virtute/cuilibet nature conferẽ/esse perfectũ. Ergo oportet ponere/cũ vnũquodq; naturaliter tendat ad pfectionem suam. q p resurrectionẽ aĩa iterũ suo perfectibili corpori vniatur. Et confirmatẽ hec ratio inquantũ anima est ad beatitudinẽ ordinata. Nam impossibile est q res aliqua frustetur fine suo etiam secundũ naturã. Nam neq; deus neq; natura faciunt aliquid frustra. primo celi. &. iij. de aĩa. Sed anima rationalis ordinata est ad beatitudinem perfectam consequendam: quã sine corpore consequi nõ potest: sicut nec esse perfectum habere potest. Ergo oportet ponere ipsam corporis resurrectionem: si perfectionem anime rationalis volumus saluare. Et propter hanc rationem omnes fere philosophi posuerunt animas aliquando in corporibus reuersuras siue rationabiliũ siue irrationabilium: vt supra adductum est. Sed Augu. in. x. de ciui. dei. & Hieroni. dicunt. Q fas non est q cum in alijs corporibus aĩe peccauerint: in alijs torqueantur. Nec est iusti iudicis alia corpora pro christo sanguinem fudisse: & alia coronari. Sed iustorum anime ad illa corpora redibunt: quorum vsu & ministerio virtutes & scientias acquisiuerunt: eleuateq; sunt in deum. Malorum vero ad illa cum quibus & in quibus peccauerunt: vt dicit vbi supra. Augu. Secunda ratio sumiẽ ex iusta diuina premiatione: nã ad diuinã iusticiam ptinet vnicuiq; reddere nõ solũ merita aut demerita sed etiam vbi & in quo meruit vel demeruit. Licet autem meritum & peccatum principaliter anime ascribatur in quantum in ea consistit liberum arbitriũ & gratia/que sunt causa meriti principaliter: actus tamen bonus & malus imputatẽ homini soli. Nam actiones sunt

suppositorũ.ij.de aĩa. Et ideo totus hõ iudicãdus aut premiãdus est. Sed totus homo dicit̃ cũ partes essentiales.s. anima & corpus sũt cõiuncte. ergo &c. Qd aũt aĩa preueniat corpus in premio paradisi: aut pena inferni: hoc est: quia ipsa etiã preuenit corpus in merito vel peccato Nam act⁹ aĩe precedũt actus corpis: & tpe & valore. vt dicit Tho.i.secũde.q.vij.arti.i. Tertia ratio sumit̃ ratione innaturalis violentie. Nam violenta perpetua esse nõ possunt. primo de celo. Sepatio autẽ corporis ab aĩa est violenta: qa contra naturalẽ inclinationẽ aĩe qa scdm philosophũ. aĩa naturaliter inclinat̃ ad pficiẽdũ corpus quantum ad actũ primũ, que est impfectu ad pfectũ: nõ autẽ quantũ ad actũ secũdum.s. pfecti ad pfectionẽ aliquã secundã. qa hec secunda nõ est violẽta: vt dicit Scotus in q̃rto. Ergo sequit̃ ꝙ hec violẽtia qñq; terminabit̃ cũ aĩa iterũ corpus reformabit. Ex his etiã põt deduci ꝙ idem numero resurget q̃ cecidit: nam oportet ꝙ illud idem ad finem pueniat. qd ad finẽ factũ est & ordinatũ Sed totus hõ est factus & ordinatus ad beatitudinẽ & vltimũ finẽ: ergo oportet ꝙ idem totus in aĩa & corpore ad illũ finẽ pueniat. Item cui⁹ principia sũt eadem numero, & principiatũ oportet sit idẽ numero. Sed in resuscitato sũt eadẽ numero principia: qa materia corpoꝝ manet semp eadem numero: & similiter etiã eadẽ aĩa cũ sit incorruptibilis: vel saltẽ scdm eos q ponũt vnitatẽ forme substãtialis: ergo idem hõ resurget q cecidit. Nunc ponẽde sunt auctoritates: & primo Platonis q̃ vt refert Augu.xij de ciui.dei.ca.xiij.dixit. Q, post cõpletã vltime spere vel celi stellati reuolutionẽ: que est in.xxxvi. milibus annorũ. (Nam in centũ annis celum stellatũ mouet̃ vno gradu). Omnes partes mundi eedem numero in esse reducent̃: cum ad easdẽ causas sequantur iidem

effectus. Vnde dicebat Plato: se iterum atq; iterũ athe-
nis lecturum in eisdem scolis: & eisdẽ scolaribus post
innumerabilia secula: sicut retro prolixis interuallis p
innumerabilia secula ibidem & illis legerat. Et Ploti-
nus sicut refert Augu. xxij de ciui. dei. ca. xxvij. dixit. Si-
ne corporibus in eternum anime esse nõ possunt. Ideo
q; post quodlibet longum tempus sũt ad corpora redi-
ture. Et Tertullianus in apologetico capite. xlvij. dicit.
Multo itaq; dignius creditur hominẽ ex homine reditu-
rum quẽlibet p quolibet: vt eadem qualitas aĩe in ean-
dem restituatᷣ cõditionem: quia ratio restitutiõis / desti-
natio iudicij est. Necessario igitᷣ idem ipse qui fuerat ex
hibetᷣ vt boni seu cõtrarij meriti iudicium a deo referat
Hec ille. Item & Virgilius dicit in sexto. Has oẽs vbi
mille rotã voluere p ãnos. Letheum ad fluuiũ deus euo
cat agmine magno / scilicet immemores / supera vt con
uexa reuisent. Rursus & incipiant in corpora velle re-
uerti. Item Iob. xix. ca. dicit. Scio q redemptor meus vi
uit. s. mecũ p fidem: & in nouissimo die de terra surre-
cturus sum &c. De quo Iob dicit hieronimus ad Pauli-
num: vt de ceteris sileam resurrectionẽ corporũ sic Iob
pphetat vt nullus de ea vel manifestius vel clarius scri-
pserit. Tertio idem suadetur exẽplis. Nam plante que
tpe hyemis videtur mortue: appropinquãte sole ĩ vere
reuiuiscũt atq; frondibus: floribus & fructibus vestiũ-
tur. Leones primo nascũtur / q̃si priuati vita: postea ve-
ro ad rugitũ parentũ reuiuiscunt. Vrsus cũ nasciᷣ non
videtur aĩal. sed frustũ carnis generatũ: qd̃ femina lam
bens ad formã veri aĩalis pducit. Fenix dũ ad seniũ post
quingẽtos ãnos peruenerit: cõstructo nido vel pira ex
lignis siccis & aromaticis: eoq; a lis incẽso vel calore so-
lis spõte se ipsũ ingerit: que cõbusta redit in cinerẽ: ex

quo cinere vermiculus exit q̄ in ipsā auē fenicis iterum postea cōmutatā. In qua si esset eadē aīa: que in prima fuerat: tūc esset fenix q̄si eadē numero de nouo resuscitata Et vermes ex q̄bus sericū fit: iacent per annū mortui: in vere postea feminarū aut virorū calore tēperato reuiuiscunt. Et refert Esculapius medicus q̄ cū semel offendisset duos serpētes ad inuicē preliantes: vnusq̄ alterū occidisset: superstes serpēs delata quadā herba & posita sup os serpētis mortui: suscitauit eū. notataq̄ herba cum ea tres mortuos suscitauit Filiū. s. regis mynoys. hypolitū filiū Thesei: & quendā aliū. Vnde Ouidius. xv. methamor. dicit. Nec nisi apolline valido medicamine prolis Reddita vita foret quā postea fortibus herbis. Atq̄ ope peonia dite indignante recepi. Si ergo natura & ars pōt vt patet supradicta viuificare: quāto magis virtus diuina. dissoluta & in cinerē redacta corpora: iterū poterit reformare: que sola mortificat & viuificat: perducit ad inferos & reducit: vt inq̄t Psal. Nunc ad argumēta respondem⁹ ad que omnia Scotus in. iiij. sniaꝝ dicit. Q, licet interrupta eadē numero: opere nature ꝑ motum & mutationem operātis redire iterum nō possint virtute tamē diuina/que nō ordine generatiōis naturalis operatā: poterit oīs. & totus homo/ iterū idem numero viuificari. Et addit Scotus & bene: q̄ īpossibilitas hui⁹ eiusdem numeri reditus: nō est ex pte rerū factarū, cū insit eis eadem potentia passiua siue obedientialis. Sed est ex parte agentis nature finite: & ex parte modi viuificādi cū naturalia agentia ꝑ motū semꝑ & mutationē operētur. Tho. aūt cū domino Petro de Tarenta. in quarto dicunt q̄ resurrectio corporū, partim erit naturalis & partim miraculosa. Ibi eni tria concurrent. Primū erit corporum reformatio. Secūdum erit animarū ac corporū

coniūctio. Tertiū erit inseparabilitas istius coniūctionis. Primū horū est contra naturā.i. contra cursum nature & solū a deo. Secundū est a natura/dico secundū terminū: nō tamen effectiue sed dispositiue. Tertium est supra naturā. Et ideo cū in resurrectione corporū plus sit de miraculo. q̄ de natura: oportet simpliciter dicere q̄ resurrectio sit miraculosa: nō naturalis: nisi scd̄m qd. ppterea dicūt q̄ in illa resurrectiōe: collectio puluerum vox tube: & huiusmodi: fient in tpe: sed inpceptibili: & p motū localem: & misterio angelorū: & hoc erit naturaliter. Reformatio autē corporꝝ: & coniūctio partiū essentialiū: fiet ī instanti & virtute diuina. Et p hoc patet responsio ad argumēta. Ad auctoritates omniū phōꝝ dicit: q̄ intelligunt respectu agentiū naturaliū/virtutū finitarū: & scd̄m ordinē generatiōis naturalis: non aūt respectu dei & ei⁹ virtutis: & eius potentie cui nichil est īpossibile. Ad Salomonē dicit: q̄ loquit ibi vt contionator assumēs psonā insipientiū. Ad Iob etiam dicit q̄ post iudiciū celū quātū ad efficientiā: & ad īfluentiā & motū alterabit: nō aūt quātū ad substantiā. Ad philosophum etiā & Auicēnā dicit: q̄ loquūt naturaliter: & respectu virtutis finite ipsi⁹ nature. Plini⁹ aūt sicut de immortalitate aīoꝝ puerse sensit. Ita & de nō resurrectiōe corporꝝ dānabilit tenet. Ad exemplū illorū q humanis carnibus pasti sūt: respōdet Tho. in. iiij. contra gentiles ca. lxxxi. dicens. Q, caro comesta si erit necessaria ad cōplementum debite quantitatis comesti: vel ad perfectionem nature specifice humane. vt puta si fuerūt mēbra organica: tunc resurgent in comesto. Si aūt caro fuit de perfectione indiuidui tūc resurget in genito. Vnde costa Ade resurget in eua: & semē resurget in genito & ñ in generāte. Si autē quis humanis solū carnibus fuerit

nutritus: resurget in comesto/illud/quod traxit a gene rantibus parētibus: & quod defuerit supplebitur omi nipotētia creatoris. Hinc Augu. xxij. de ciui. dei dicit Absit vt ad resuscitāda corpora viteq̧ reddēda nō pos sit omnipotētia creatoris omnia reuocare: queuis be stie vel ignis absumpsit: vel quod in puluerem & cine rem collapsum: vel in humorē solutum: vel i auras est exalatum. Absit vt sinus vllus secretūq̧ nature: ita re cipiat: aliquid substractū sensib⁹ nostris: vt omniū crea toris aut cognitionē lateat aut refugiat potestatē. Hec ille. Ad illud quod epicuri: stoici & Festus phūs aplo Paulo in actibus aplorum dicebāt: patet responsio ex dictis supra. Ipsis etiā saduceis christus respōdit. Luce xx. Q, in resurrectiōe: neq̧ nubēt neq̧ nubent. Ad il lud Phileti & Hymenei respondit Tho. iiij. cōtra genti les vbi supra: q̧ christus vtrā ꝑ resurrectionem predixit Spiritualem. ibi. Amen amen dico vobis: quia venit ho ra & nunc est quando mortui &c. Corporalem vero cū dixit. Venit hora in qua omnes qui in monumētis sūt audient vocem filij dei. In monumentis autē non sunt anime: sed corpora. Ad illud quo se Origenes tuebatur q̧ caro & sanguis regnum dei non possidebunt. dicit q̧ ibi accipitur caro ꝓ homine carnaliter viuente: qui dei regnum nō possidebit. vt dicit Tho. in cōmentario su per Paulū: Et licet potēne sensitiue corporū glorifica torū habebūt eorū actum & obiectū: vt adducetur infra Non tamē ꝓpter hoc necesse erit/q̧ comedāt & bibāt sed sufficit q̧ habeāt saporū iudiciū. Nec erūt ibi liberi: q̧a ibi nō erūt matrimonia. vt dictū est. Q̄d vero Marchiō & Apelles dicūt christū in fātasmate resurrexisse est fal sum. Nam spūs carnē & ossa nō hēt: sicut christ⁹ se ostē dit habere. Luce vltimo. Et quod Iohānes & Rufinus

dicūt. De resolutiōe corporū in his ex quib⁹ cōposita fuerant: concedim⁹. Qđ vero eadem numero/redire nō possunt virtute dei negandum est. Postremo ad id qđ dicūt si resurrectio erit: corpa nostra pristinā recipient vilitatem inquātum erit necesse ꝙ humores. s. sanguis colera: fleuma: melācolia: sudor: vrina: semē: resurgāt erit etiam necesse libidines effluant: vngues precidant: emittant̄ stercora &c. Ad hec respōdet: ꝙ in homine est duplex humor. Quidam superfluus ipsi corpori sicut sudor: vrina stercus: semen quod emittit̄ per actū generationis. Lac per actum nutritiue potentie: & nullus talis humor resurget eo ꝙ non sunt de perfctiōe resurgentis. Est alius humor q̄ non est superfluus ipsi indiuiduo: sed ad perfectionē ordinatur: vt sanguis & alij humores tres: & hi resurgēt. Nam post resurrectionem singule partes corporis stabilient̄ in formis suis: vt dicit̄ in. iiij. sniaꝝ. Vngues aūt & capilli resurgent non tanꝙ principaliter in tenta sed secūdario: inquātū anima vtet̄ illis ad cōseruationē principaliū mēbrorū. s. pedū capitis & manuū. Nec erit necesse post iudicium vngues precidere &c. q̄a hec omnia nūc fiunt motu primi mobilis/qui tūc cessabit: nō naturaliter vt q̄dam dicūt sed diuina volūtate: quia sicut nūc moueť per influentiam mouētis intelligentie sic tūc iperio dei/ cessabit eius motus per cessationem intelligentie a mouendo.

Tertia questiūcula est: Cuz

resurrectio corporū scđm fidem in fine mūdi sit futura: querit̄ si verū sit ꝙ mūdus quādoqꝫ habeat terminari. Ad quā respondēdo dicit̄: ꝙ sicut de pricipio duratiōis mūdi diuersa a fide catholica/philosophi senserūt. Ita de fine ipsius/& termino varia volue

runt. Aristoteles enī vt ceteros preteriamus/scd̄m ꝙ san
cti ei imponūt cōmētatores/exponūt & verba eius pre
cedunt/in hunc errorē dilapsus est: ꝙ posuit mundum
ab eterno ex nichilo creatum/ꝑpetuoq; & in infinitum
duraturū: vt patet in libro de natura deorū. Et idem fa
tet domin⁹ Albertus in cōmento octaui phisi., Primā
autem partem de eternitate mundi a parte ante ꝓbant
Aristotelem tenuisse sic. Nam primo phisicorū dicunt
Aristotelē ponere naturā esse igenitā. Et primo de celo.
mundum esse īgenitum: sed ingenita semꝑ fuerunt: er
go vniuersitas rerū scd̄m Aristotelē nō incepit esse. Itē
sic arguebat (vt dicūt) Aristo. viij. phisi. Nichil de nouo
incipit moueri/nisi ꝑ hoc ꝙ mouēs vel mobile aliter se
hēt nunc quā pri⁹. Sed q̄d aliter se habet nūc q̄ȝ pri⁹ mo
uet̄ ergo ante oēm motum de nouo incipiētē fuit aliqs
motus: ergo mot⁹ semꝑ fuit: ergo & mobile: q̄a mot⁹ nō
est nisi in mobili. iij. phisicoꝝ. Et cum contra Aristotelē
adduceret̄. Si mūdus fuit ab eterno: ergo generatio fuit
ab eterno: & sic infiniti hoīes p̄cesserunt: ergo infinite
incorruptibiles aīe & infinite circulatōes solis: mundo
existēte ab eterno p̄cesserunt: ergo erit ponere infinitū ī
actu & infinita cōtinget ꝑtransire: que sunt in phīa ab
surda. Vel nunq̄ȝ cōtinget deuenire ad circulationē ho
diernā. Item in q̄libet circulatione deus potuit creare
vnum lapidē: ergo erunt infiniti lapides remanētes &
cum isti lapides possint ad inuicē cōiungi erit īfinitū
nō tantum scd̄m multitudinē: sed etiā secundum ma
gnitudinē in actu. Ad hec forte sic respōdisset Aristote
les: & ad primum argumētum sic. Q̄d posita eternita
te mundi nō sunt īfinite aīe in actu cum infideles tene
ant aīorum mortalitatē. Item cōmentator & Algazel. xj.
metha. Posuerunt nō esse impossibile infinita per ac

cidēs esse ī actu: adhuc ratio nō cōcluderet: q̄a sic aīa es set creatura vt supponit̄. Impossibile est autē q̄ aliq̄d ge nitum sit eternum q̄a eterno nichil est pri⁹. Omne ve ro genitum vniuersaliter p̄cedit aliqs motus duratio ne & tempe & p̄ consequēs generatum in tempe deter minato generat̄: & sic nō fuissent infinite aīe in actu. Ad secundum diceret̄ q̄ nō fuissent infinite circulati ones/ cum vna cōtinua sit illuminatio: & vnus dies & p̄ consequēs multe in potētia: Ratio autē vnitatis circu lationis: & vnius diei & vnius illuminatiōis est vnitas motus. Sed q̄ multi dies dicant̄ et multe illuminatio nes hoc est ex parte nostra. q̄a de illuminatione iudica m⁹ scd̄m hemispherium nostrum. vbi apparet illumina tio quādoq̄ sic. quādoq̄ nō. p̄pter diuersam īterpositio nem corporis opaci ad solem. Ad illud etiā de lapidi bus dicendum: q̄ nō valet: quia tu vnum ponis/ ex quo sequit̄ impossibile: nam tu ponis illam continuā circu lationē que actu et realiter est vna: actu diuisam et in finitam quod est impossibile cum ipsa sit diuisibilis in potētia. Et ponis scd̄m imaginationem tuam infinitos dies: et hoc incōuenienti posito oportet concedi quod seq̄tur: quia vno inconuenienti dato alia sequūt̄. Tho. autē in de potentia. q. iij. ar. x. defendens Aristotelem di cit. Posuit Aristoteles mundū semp̄ fuisse: nō ex cōsi deratione illa qua intelligit̄ exitus vniuersi esse a deo: sed ex illa qua agens particulare incipit operari per mo tum. Et quia ante quelibet motum est motus/ ex hoc po suit mundū eternum disputatiue/ contra Anaxagoram & Empedoclem. vt patet. viij. phisicorū & nō demōstra tiue. Et in. i. par. q. xlvi ar. i. dicit. Non potest probari demonstratiue mundum semper fuisse. Nec rationes quas adducit Aristoteles ad hoc sunt demonstratiue

simpliciter sed secundum quid. s. ad contradicendū rationi-
bus antiquorū ponentiū mundū incepisse secundum quos-
dam modos in veritate impossibiles: videlicet aut p cō
cursum athomorū: vt dixit Democritus aut per ignem
aut p aquam. &c. Et hoc apparet (dixit Tho.) ex tribus
Primo qa tam ī octauo phisicorū q̄ in primo de celo
premittit quasdam opiniões videlicet Anaxagore: Em
pedoclis: & platonis contra quos inducit rationes con
tradictorias. Secundo quia vbicūq; de hac materia lo-
quit̄ inducit testimonia antiquorū: quod nō est demō
strantis: sed ꝓbabiliter suadentis. Tertio quia ipse ex-
presse dicit in primo thopicoꝝ: ꝙ quedē sunt ꝓbleuma
ta dialetica / de quibus rationes nō habemus: vt vtrum
mūdus sit eternus. Et respondit Tho. ibidē duobus ar-
gumentis adductis contra Aristotelē in opponendo di
cens ad primū: ꝙ ī primo phisicorū ꝓbat Aristoteles na
turā esse ingenitā ꝓpter hoc / ꝙ non habet subiectū de
quo sit. Et in primo de celo ꝓbat celum ingenitū: quia
celū non habet cōtrariū ex quo generetur. Vnde patet
ꝙ p vtrūq; nō concluditur nisi ꝙ materia & celū nō in
ceperūt per generationem & motū naturalē quo gene
rabilia & corruptibilia / vt quidā ponebāt precipue de
celo. Nos aūt dicimus ꝙ materia & celum ꝑducta sūt
in esse per creationem. Ad aliud argumentū dicit idē
ꝙ primus motor / semper eodem modo se habuit: primū
autem mobile non semper eodem modo: quia cepit esse
cum prius nō fuisset: sed hoc non fuit per mutationem
sed per creationem que nō est mutatio: cū nichil pre-
existens presupponat. sed dicat quādam relationem ad
creatorem tanq̄ ad principium sui esse. Et Bonauen-
tura. d. i. secūdi libri dicit. Quidam moderni dicūt Ari
stotelem non intendisse probare mundū omnino non

incepisse: sed q non inceperit motu naturali. Sed quicquid Aristoteles senserit: & ceteri philosophi/de eternitate mundi: nichil ad nos christianos/ qui mundum cepisse in tempore fide tenemus/magis quã ratione aliq demonstratiua. Vnde & articulus fidei dicit. Credo in deum patrẽ omnipotentẽ creatorẽ celi & terre. Articuli autem fidei demonstrari nõ possunt: qa fides est de nõ apparentibus. ad Hebre. xi. Probabiliter autẽ mundũ incepisse sic potest suaderi. Nam sic se habet de⁹ ad causalitatem omniũ rerum/ sicut artifex ad artificiatum: sed artifex est causa omniũ artificiatorum p voluntatem ergo similiter deus est causa rerũ. Modo certũ est q voluntas nunq necessitat. ad agendum aliquid vel volendum nisi respectu/in quẽ naturaliter inclinat: vel respectu eorũ. sine quibus finis haberi nõ potest. Finis autẽ diuine voluntatis est sua bonitas: que ab alio nõ depẽdet: ergo nec est necessariũ eum extra se aliquid velle: ergo nec creaturarũ pductio similiter fuit necessaria. Cõgruum tamẽ fuit q ipse mũdus in tempore pduceretur quia p hoc magis ostendit diuina pfectio. Cum eni nichil possit esse sui ipsius causa: sed omne qđ de nouo incipit esse: acquirit esse ab alio: ex eo q ponunt oẽs creature quandoq nõ fuisse: ostendit q pdierint ab aliquo principio primo quod est deus. Si aũt ita semp fuissent nõ fuisset ita euidens ipsas a deo creari: ergo cõueniens fuit mundũ in tempore fuisse creatũ. Hoc primo testatur Augu. xi de ciui dei: ca. iiij. dicẽs q deus fecerit mundum: nulli potius credimns quã Moysi pphete: p quẽ locutus est deus dicens. In principio creauit deus celũ & terrã: per quẽ locuta est sapiẽtia dei: p quẽ facta sunt oĩa que ĩ animas sanctas se transfert amicos dei & pphetas constituit atq opera sua sine strepitu intus enarrat.

Caput secundum

Loquunt̃ quoq; ꝓphetis angeli dei qui semꝑ vident faciem patris voluntatẽq; eius: quibus oportet annũciãt. Et Gregorius in omelijs sup Ezechielem dicit. Quidam ꝓpheta est de preterito: sicut est Moyses: qui ꝓphetauit dicens. In principio creauit deus celum & terrã. In quo nouitas mũdi traditur. Et Ioh. xvij. Clarifica me pater apud temetipsum/claritate quam habui priusq̃ mũdus fieret. Et Macrobius de somno Scipionis. libro. ij. dicit ad hoc. Quis non hinc existimet ipsum mundũ cepisse & nec longam retro eius etatem: cum ab hinc vltra duo retro annorũ milia de excellentiũ rerum gestarum memoria nec greca quidẽ extet hystoria. Nam sup̃ Ninum nichil in libros preclare redactum est. Si enim ab initio immo ante initium fuit mundus cur per innumerabilium seriem seculorũ nõ fuit cultus/quo nunc vtimur/inuentus? Non literarũ vsus quo solo fulcitur eternitas huiusmodi omnia videntur eternitati repugnare: dum opinari nos faciunt/certo mũdi principio paulatim singula queq; cepisse. Hec ille. Nunc vero vidẽdũ est quid de fine mundi philosophi senserint: & quid christiani secundũ fidẽ catholicam de eo debeant firmiter credere.

Pro quo primo sciendũ. Q, omnes fere phi (excepto vt diximus) Aristotele concorditer conflagrationẽ & finẽ mundi huius confessi sunt. In modo vero/finis & termini eius/varia fuerunt opinati. Nam plato & Pitigoras posuerunt hanc partẽ elementalem mundi post trigita sex milia annos solui debere: atq; iterum post/cunctis eius repetitis partibus debere reformari. Rationẽ autem. xxxvi. milium annorum assignant sic. Nam dicũt q omnis dispositio celi & orbium celestium naturaliter in tanto tempore finitur. Luna enim complet cursum suum in vno mense. Mercurius & Venus in mi

nori tempore vnius anni. Sol in vno anno terminat motū suum. Mars in duobus annis. Iupiter in duo= decim. Saturnus in triginta. Primū mobile. i. celum christallinū siue aqueū a diaphanitate dictū: terminat girum suum in. xxiiij. horis. Celū autē stellatū. i. firma mentum infra primum mobile cōplet cursum suum in xxxvi. milia annos. Nam in cētum annis mouet vno gradu: vt dicunt astronomi. Dicunt ergo Plato & Pi= tagoras ꝙ mundus terminabit cum oēs celestes supradi cti orbes cursus suos terminabunt. Incipiēdo ab illo in stanti quo creatum est firmamētum quod fuit in equi noctio vernali. i. viij kalēdas aprilis: die dñico: luna ex= istēte plena ante vrbē conditā. 4440. annis: ante incar= natiōnē scdm hebreos & Hieronimū. termilib⁹ nōgē tis triginta sex. Scdm bedam: quinqꝫ milibus cētum no naginta nouem. Cumqꝫ iterū virtute infusa in substan tijs celorum omnes celi partes redibunt ad suum locū prime creatiōis: tunc dicunt/omnia generabilia & cor ruptibilia eadem numero: que fuerunt virtute corporꝫ celestium reuertentur. Sed hanc opinionē Augu. xij. de ciui. dei. ca. xiij. confutat dicens. Qꝫ philosophi q sic tenent putant non quod sciunt: sed quod volunt: Sciunt enī ꝙ naturaliter a pura priuatione ad habitū nō est regressus: ideoqꝫ sic aduersus eos cōcludit. Absit a nobis vt ista credamus. sicut enī semel christus ꝓ no bis mortuus est: & resurgēs amplius nō moritur. Ita & nos post resurrectionē semꝑ cum dño erimus. Cui modo dicimus qđ sacer admonet psalmus. Tu domīe seruabis nos & custodies a generatiōe hac in eternum Empedocles agrigentinus cū Anaxagora dixerūt ami citia elemētorū mundū fuisse solutū: & infinities lite eorū & dissonātia fore repetendū. hoꝝ opinionē phūs

viij phisicorum reprobat. Eraclitus (teste phõ. i. phisi.) posuit ignẽ mũdi principiũ: & vt finis pricipio respõderet dixit eundẽ igne terminandũ: vt patet. iij. phisi. Sed hic sicut de principio mundi errauit: sic de fine eius male dixit. Non enĩ ex igne sed ex nichilo de9 creauit mundũ & terminabit nõ quo ad partes essentiales. s. celos: angelos: substantiãq; elementalẽ: sed quo ad aliqs ei9 partes accidẽtales elemẽtorum. s. indiuidua specierũ & motũ celorũ: vt i libro de celo declarat. Seneca li. naturaliũ questionũ de mente Empedoclis dixit: arsurã esse terrã naturaliter cũ vniuersa sidera couenient in signo cancri. scilicet. de mense Iunij: ex cõcursu. s. calidorũ & siccorum: sicut ex cõiunctiõe planetarũ humidorũ & frigidorum factũ fuisse dicit diluuiũ tpe noe: cũ vniuersa sidera cõuenerit in capricorno de mẽse septẽbris. Sed dñs Petr9 de taranta. & Ricardus in. iiij. sniarum. d. xlvij. & xlviij dicunt Q, nec cõcursus humidorũ & frigidorũ fuit cã necessaria diluuij tpe noe: sed bene cõgrua. Nec etiã cã termini mũdi p ignẽ dispositio siue cõcursus calidorũ & siccorũ erit cã necessaria sed cõgrua inquãtum purgatione ignis purgaturi i fine seculorum ipm mũdũ pcedet vehemẽs siccitas naturalit generata/cõgrua igni pducẽdi ad nutũ dei ad talẽ effectũ. Ari. (vt sup nũc dixim9 vbi sibi imponit) dixit mũdũ ppetuo duraturũ/ea ratiõe q in de celo & mũdo. dixit in generabile & icorruptibile adiuicem cõuerti. Sed in cõtrarium est: quia. xij. metha. dicit. Q, prima causa mouet in ratiõe amati & desiderati: ac si diceret q intelligẽtie mouentes celum ex desiderio: & amore quem habent obediẽdi prime cause: sicut nũc obediunt in mouẽdo: sic semper obedient in desinẽdo mouere. Fuerũt & alij qui deformandũ orbem licet nõ causis naturalibus: sed diuine cõmitterent volũtati.

tentarunt tn̄ audaci presumptione sub definitis ac certis tempo
ribus illam prescribere. Nam Lactantius lib. 7. diuinitatis in=
stitutionum post sextum conclusum millenarium, mundi consu
mationem posuit. Aly vero quadringentos annos. Aly quinge
tos. Nonulli tot annos a salute, quot antea fluxerant posuerunt.
Nonulli mille ab ascensione dn̄i usq ad ultimum aduentum pos
se compleri dixerunt. Quidam de spū pphetię aliquid habere =
presumentes, ut Abbas Joachi, & quidē modernioresipsorū calcu
lationib⁹ inhęrentes ante finem. vi. millia annorꝫ, vel circa stulte
complendum mundum expectabant, quorꝫ oīūm error, quia ma
ximus est, et sermo eorꝫ serpit ut cancer, Idcirco eos Paulus Thessa
lonicensib⁹ scribens ait. Nemo vos seducat ullo modo, quasi
instet dies dn̄i. Ex. que ṽba tractans Aug. dicit, Trium de mun
di termino dicentium, Primus, quod dies dn̄i prope sit, Al
ter quod longe. Tertius, nescio, Deus scit. Primus plusq
secundus errat, Tertius vero, cum Christo concordans in vi
am constitutus est veritatis. Nos igitur Chrīani omissis li
tigatoribus furiosis ac ptinacibus phorꝫ et hereticorum tur
bis, veniamus ad theologos datores simplicis veritatis, & ad
sacras scripturas, non humana industria, sed spūs sancti
instinctu conscriptas. & primo veniamus, et confiteamur
quod mundus transibit, et concupiscentia eius, prime; Jo. 2.
C. quod celum et terra transibunt. Luce. 21. Marci. 13. &
Mathei. 24. et quod mundi terminꝰ erit effectus, non natu
rę, sed spūs s̄ti. Dicamus. 2. q instrumentum cōflagra
tionis mundi, erit maximus ignis, non ex concursu nāli
calidorū et siccorꝫ generatus ut dixit Seneca, aut excon

cursu ignium superiorum, et inferiorum, ut dixerunt alij. Neque
succendetur ignis ille, ex reflexione radiorum solarium, in cor
poribus terrestribus naturaliter solidis, sicut fit ex reflexione
solis, ad speculum concauum, et propinquum. Nec ex rela
xatione sphere ignis, que virtute celi detinetur, nunc reflu
at; Sed erit ille ignis voluntate et virtute Dei, supna
turaliter causatus, qui sicut in principio mundi, tempore
Noe destruxit seculum diluuio aquarum, ad purgandum ar
dorem concupiscentie et luxurie, Ita iterum genus huma
num et mundum destruet per ignem, ad purgandum fri
gus malitie, et auaritie contra charitatem, ut sic purga
tio mundi fiat per contraria. Dicamus et tertio quod, quia
ut diximus, consumatio mundi non dependet a causa na
turali, sed a voluntate diuina, idcirco non potest certitudi
naliter sciri tempus finis eius, Propterea Christus inter
rogantibus discipulis de tempore dixit, act. 1. De die illo et
hora nemo scit. et Luce 12. inquit, Estote parati, quia qua
hora non putatis filius hominis veniet. et Math. 25. Nesci
tis diem neque horam, et Marci 13. Videte vigilate, et orate
Nescitis, n. quando tempus sit. Hinc D. Tho. in de potentia. q. 5.
ar. 5. in hanc partem concludens ait, finis mundi cum
a pura Dei voluntate dependeat, naturali cognitione sciri non
potest. Cumque completo numero electorum sit finiendus, ut
dicit ipse. cuius completio, executio est quedam diuine
predestinationis, non poterit nisi Christo reuelari, per
quem quodammodo humani generis predestinatio adimple
tur. Et Aug. xviij. de ciuit. Dei. c. xxiij. in hanc co

divisionem dicit, Frustra igitur annos qui remanent huic seculo computare ac definire conamur, cum hoc scire non sit nrum. & Marcus astruat dicens, de die illo et hora nemo scit, neq celorum angeli Aplos et doctores futuros mundi omnesq de hac re calculantes digito resolutos acquiescere iubet ille qui dixit, Non est vrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. Hec Aug. ubi s.

Quarta questiuncula

Si mundo vel alicui creature repugnet simpliciter esse ab eterno, Ad quam respondet simpliciter negatiue, et ratio est, quia si hoc repugnaret creature, hoc non posset esse nisi altero duorum modorum, quia aut oporteret q causa agens necessario precederet effectum suum, et sic effectus non esset coeternus cause agenti, Vel quia oporteret q non esse ipsius effectus necessario precederet suum esse, Sed neutro istorum modorum potest repugnare creature esse ab eterno ut probabo, ergo, Primum autem probo sic, Nam nulla causa producens effectum suum, subito precedit effectum suum duratione, sed Deus est agens non per motum, sed in instanti et subito, ergo non est necessarium ipsum precedere suum effectum necessario

Quinta questiuncula est.

Si Anima moriente homine desinat informare successiue partem post partem corporis, An forte oes partes simul in eodem instanti informare desinat. Ad quam respondetur affirmatiue, Scilicet, quod aia moriente hoie desinit informare successiue partem post partem. Et ratio

est, q̄ anima non desinit informare materiam sibi subiectam,
nisi dispositio ipsius quam ad operationes requirit sit irre
formabiliter per naturam corrupta, Cum autem corruptio dis
positionis huiusmodi reperiatur, primo fieri in partibus remo
tioribus a corde, in quo est fons virtutis vitalis, Ergo habetur
propositum. huic conclusioni consonant primo, q̄ in moriente pe
des primo reperiunt frigidi; calore spiritibus destituti, dein
de manus, et sic deinceps [illegible] usque ad cor. Tertio
secundo illud comune dictum philos. q̄ inter membra corpo
ris, cor primo vivit, et ultimo moritur, Quod si contra dicat
q̄, propter [illegible] ita debet esse in ultima deanimatione
corporis humani sicut in prima eiusdem animatione, sed
in prima animatione corporis, aīa informat oēs partes corpo
ris simul, Nam a primo instanti aīationis embrionis, in
cipit corpus secundum oēm partem quę sensum hēre solet,
vegetari et sentire, licet imperfecte, ergo similiter in deaīatione
ultima corporis humani, debet aīa desinere informare in
uno aliquo instanti oēs partes corporis simul, Ad hoc respon
detur, quod non est simile in prima et postrema deaī
matione corporis, Nam prima aīatio partium corporis
est nālis, et ēt dispositio materię, ut informetur ab aīa
intenta est a natura; sed separatio et deaīatio partium cor
poris, non est per se a natura intenta sicut neq̄ inductio
indispositionis, ad quam separatio aīę sequitur non fit
secundum ordinem et iudicium naturę, ergo [illegible]
tn ea quę nunc dicta sunt, diligenter est sciendum

quod progressus corruptionis hoīs ad quam sequit̄ sepa
ratio aīe, fit e contrario progressui hoīs ad vitam in
cipit in hoīe, ab exercitio op̄ationum aīe vegetatiue,
in embrione, secundo sensitiue, tertio intellectiue
siue rōnatiue, ut dicunt phī nāles, progressus autē
corruptionis contrarius est, q̄z primo desinit usus co
Jnuns, secundo actus sensationis, et 3.° opus vegeta
tionis. Hec Enricus de Asia sup̄ genesim:

Sexta questiuncula est. An possit con
tingere, quod corde iam mortuo, aīa adhuc informaret ali
quam aliam partem vel aliud membrum corporis? Ad quam
sic respondetur, quod cum complexio fixa ceterorum membrorum
corporis non dependeat a corde, nulla repugnantia videtur
quod complexione cordis corrupta adhuc in aliqua parte alia
corporis possit ēē complexio fixa sufficiens unioni aīe ad par
tem illam, sicut beatus Aug. narrat li.° de ciuitate Dei. Ergo nisi
causa subsit, non est festinandum, aut precipitanter agendum
in sepeliendo mortuos, ne contingat sepelire viuos.

Septima questiuncula est. Anima exiens de
corpore naturaliter ad quam differentiam positionis exeat, sur
sum vel deorsum, dextrum an sinistrum, ante, vel retro. ad
quam respondet̄r quod licet cuius libet morientis aīa q. cito desi
nit corpus informare nālibus suis derelictis, potius iret in
supremam partem celi, cum nāliter appetat loca supiora uniuer
si, prout tn̄ dicitur vel trahit̄ ab angelis bonis vel malis, aīe
saluandorum plene purgate, directe trahunt̄r sursum, et damna
dorum directe deorsum. aīe saluandorum non plene purgate

diretbe exeunt a dextris ad purgatorium, et damnandorum a si
nistris in infernum. Hec ille ubi supra.

Octaua questiuncula est. Anima exiens de corpore ad quos terminos vadit naturaliter, An de luce ad tenebras, vel de tenebris ad lucem, de gaudiis ad tristitiam, vel de tristitia ad gaudia? Ad quam sic respondetur, quod anima rationalis postquam desiit informare corpus, vel post solutionem unionis ipsius ad corpus, dupliciter potest intelligi de luce ad tenebras, vel de tristitia ad gaudium transmutari, aut scilicet de transmutatione secundum intellectum, aut de transmutatione secundum effectum. Si loquamur primo modo dicit quod Platonici qui posuerunt corpus quasi carcerem anime impedientem eius perfectam cognitionem, quam secundum se in sua puritate naturaliter apta, nata est habere. Ipsi dicunt quod anima de separatione eius a corpore non tristatur, sed potius gaudet, quemadmodum incarceratus gaudet, quando liberatur a carcere sibi gravi et obscuro, ad quem ut dicunt non relinquitur penitus appetitus. vel illa inclinatio redeundi. Et propter hoc unum philosophi valde mirabantur a resurrectione mortuorum per reunionem animarum ad corpora, quia per eam credebant animas impediri a perfectiore cognitione earum. Et has platonicas secutus est ut apparet Cicero circa sententiam libri de senectute, ubi tractat, Introducens Cirum morientem in morte filios alloquentem. Mihi nunquam persuaderi potuit filii, animas dum in corporibus essent mortalibus vi

viuere, et cum exissent ex ijs mori. Nec vero tum animũ esse insipientem cum ex insipienti corpore euasisset. Hęc ille. Theologi autem quantum ad hanc transmutationem secundum intellectum, Animę separatę a corpore dicunt cum Platonicis, quod exitus aiarum de corporib⁹ relictorum suis nalibus est quasi recessus de regione caliginis ad regionem lucis, vel quasi abscessus de umbra ad lucẽ clariorem, non quia exeant corpus impediens earum cognitionem, sed qz intrant modum cognoscendi intellectum separatorum, non tñ plenum quantum ad oĩa, cum aĩa sit infima species in genere intelligentiarum, sed partialem, quam forte et se ipsas, sicut et res circumstantes clarius cognoscunt qz in corpore cognoscere potuerint. Et notanter dixi quod aię exutę non habent plenum modum cognoscendi intellectuum separatorum qz si haberent, mox exutę scirent se esse in charitate vel nõ ex suis nalibus. Nam quelibet intelligentia separata videtur primo reflecti sup se intuitiua visione. Nec concedunt theologi q aĩa exuta non hẽat nalem inclinationem, et appetitum reunionib ad corpus pprium, qz iterum impediretur a perfecta cognitione, ut Platonici imaginant². Sed dicunt q cuilibet aię exutę remanet nale desiderium reunionib ad corpus, qz aĩa naliter

est forma et per consequens naliter determinata et inclinata ad formandum subiectum sibi proportionatum. Nec etiam concludunt quod aia esset in corpore tanquam in carcere, quia aia naliter illud sibi determinat tanquam habitaculum seu organum conuenientissimum :~

Nona questiuncula est. An iudicium particulare anime egredientis de corpore fiat a Christo corporaliter, an ab angelis custodibus aiarum. Ad quam sic respondetur quod iudicium in quo aie ad supplicium vel gaudium post mortem iudicantur est duplex. Primum est particulare, sic dictum quatuor rationibus, primo quia non est uniuersaliter omnium, Secundo quia non est totalium hominum, sed solum partium eorum. Tertio quia in illo iudicatur aia respectu ad merita, vel demerita, que intra ipsam sunt, aut quorum ipsa secundum se causa fuit vel origo. Quarto quia non ad totam penam inferni quam homo meruit tunc condemnatur, sed ad minorem quam habebit post iudicium generale. Unde neque etiam demones ut videtur velle Aug. habent modo totas penas quantum habebunt post iudicium. Et quantum ad hoc iudicium particulare dicunt quidam quod Christus corporaliter secundum humanitatem presideat cuilibet aie statim egredienti iuxta illud act. 10. Hic est qui constitutus est iudex viuorum et mortuorum. Et Jo. 5. Pater omne iudicium dedit filio, Sed hoc non videtur realiter credibile quod Christus corporaliter toties descenderet de celo, quoties aliquis homo moritur in toto orbe, quia si ita esset, tunc innumeris ipse vicibus ad innumerabilia mundi inferioris loca descenderet in qualibet hora, imo in qualibet particula hore, quia innume

rabiles hoies moriunt[r] infra idem temp[us] parum in toto mu[n]do, precipue cum pestilentia simul viget in diversis, ac dis tantissimis regionib[us] .... propter quod sequi videtur quod Christus multotiens simul et semel descenderet corporaliter circumscriptive ad diversa loca mundi inferioris, q[uia] potest contingere quod idem instans in numero, sit primum instans non esse mille hoium simul morientium in diversis locis propterquod probabilius dicendum videtur quod Christus corporaliter non descendat ad iudicium particulare cuiuslibet aie. Sed vere eas iudicare dicitur per angelos quos ad morientes mittit ut iudicium exerceant cum processibus et sente[n]tijs eis commissis a Christo iudice principali, qui solus iudicandorum qualitates plene novit. Angelus ergo secu[n]du[m] doctores cuilibet aie deputatus frequenter aut semp[er] ei assistens, qui novit vitam, merita, et demerita eius quam custodivit, et novit ex suo officio q[ua]ndoq[ue], quo et ubi sit mortuus homo sibi commissus, datur a Christo et constituit[r] iudex aie a corpore separande, ut eam iam separatam colligat et divagare errabunde post mortem hinc inde non permittat, sed eam p[er]ducat, aut ad gaudia paradisi, vel ad penas purgatorij, vel inferni. In iudicio autem comuni et universali Christ[us] corporaliter de celo descendens, presidebit iudex, et oes ipse iudicaliter iudicabit q[uia] ut dictum est, ipse est qui constitutus est

iudex viuorum et mortuorum. Scilicet in iudicio comuni et vniuer-
sali. Hec henricus de Asia sup Genesim.

Decima questiuncula est.

An a primo instanti non esse hois usque ad eius iudicium particulare sit aliquod interuallum et spatium temporis. Ad quam sic respondet, quod licet generaliter respectu omnium animarum non sit concedendum interuallum alicuius temporis, inter primum instans non esse hois, et iudicium particulare animarum, tamen respectu aliquarum animarum potest concedi, aliquod interuallum et spatium ante iudicium, a primo instanti non esse hois sicut fuit in illo famoso magistro Laudabilis vite habito Parisijs mortuo, qui inter exequias ibidem congregatis omnibus doctoribus magistris, et scolaribus, ut ibi moris est se in feretro erigens dixit, Ad iudicium vocatus sum. Deinde altero die dixit Judicatus sum, et tertio concludendo intulit, Condemnatus sum, per spacium ergo trium dierum vel circa, distabat conclusio iudicij, ab instanti mortis illius, et hinc habuit originem ordo Carthusiensis ut creditur. Simile legitur de anima beati Hieronimi in epistola Aug. ad Cirillum Epm. et congruenter ante iudicium particulare tale interuallum ponitur. Tum primo quia licet Deus omnia instantanee possit facere, tamen ordo et processus decens sapientie et iustitie sue magis apparent qui magis procedere consueuit in suis operibus secundum modum et capacitatem seu condicionem recipientium

creature, sicut in prima formatione mundi in sex dierum spacio facta apparet; Nam sapientia Dei omnia disponit suauiter, i. suis ordinib9 et interuallis disponit conuenienter atq decenter, conuenientius interuenit aliquod interuallum. Tum secundo q2 anima post separationem a corpore intrat nouum statum, et modum essendi substantiarum separatarum, in quo quidem statu nunquam vires suas exercuit, nec experta est. Videtur ergo etiam viribus suis separata per aliquod tempus relinquenda, ut agnoscat quantum ultra vires suas naturales utriusq status eius ipsam supernaliter oportet adiuuari, vel adiuta sit ut celestem felicitatem attingat, vel attingeret. Uniuersale autem iudicium, in quo erit accusatio anime iudicande a Demonibus et ab angelis bonis excusatio et comparatio peccatorum et meritorum, tota celesti curia animabus omnibus et cunctis angelis presentib9, non fiet conuenienter totum simul instanti; sed cum aliquo temporis interuallo. Hec henricus de Assia sup Genesim.

Tertium caput prime capitis

Tertium caput huius prime

Decadis est de locis et receptaculis animarum a corporibus separatarum, Circa quod quinq questiones absoluentur. prima erit, quot sunt loca et receptacula animarum a corporib9

absolutarum. Secunda erit de celo empyreo receptaculo felicium aiaꝝ. Tertium erit de inferno receptaculo damnatorum. Quarta erit de purgatorio receptaculo purgandoꝝ. Quinta erit de limbo, receptaculo absq baptismate paruulorum. Sexta erit de campis elisys receptaculo. Mahumeftitarꝝ gentilium philosophorꝝ, et poetarum.

Prima questio huius tertij a

pitis, vnica est. S. quot sunt receptacula et loca animarꝝ e corporibus solutarꝝ, ad quam sic respondet quod secundum theologos post mortem Christi, per quam sinus Abrahe, i. limbus sanctoꝝ patrum fuit expoliatus et clausus. Loca in quibus recipiunt aie a corpore separate sunt quatuor, s. paradisus, infernus, purgatorium et limbus. Ratio autem huius locorum quaternitatis est, qr anima quatuor modis decedit a corpore Primo, n, aia decedit qndoq sine omni culpa, sicut patet de pueris baptisatis et de martiribus, et de viris perfectis, qui edificauerunt aurum, et argentum preciosos ac. i. Dei dilectionem. Christi amorem, et bonam operationem, et locus talium est paradisus in quo beatificantur, eo quod ibi sunt affluentie ois boni. Secundo, qndoq aia decedit cum actuali et mortali culpa, et tunc eius

receptaculum est infernus, in quo damnatur, in quo est carentia gratie, pena damni, et pena sensus eternaliter. Tertio decedit anima cum culpa et penitentia insufficienti, et tunc eius receptaculum est purgatorium in quo purgatur ubi non est carentia gratie sicut in inferno, sed est ibi pena sensus et damni temporalis. Quarto quandoque anima decedit cum originali culpa, tunc eius receptaculum est Limbus, in quo est carentia gratie, et pena damni eternalis, sed non pena sensus. Hec dominus Petrus de Taranta, et Tho. in. 4. d. xxxi. Secundum vero gentiles est aliud quintum receptaculum camporum Elisiorum in quo anime Maumetistarum, gentilium, philosophorum et poetarum post exitum a corpore recipiuntur.
Secunda questio sub hoc tertio capite est de celo Empireo, receptaculo Angelorum et beatorum hominum, Sub quo novem absolventur questiunculae, quarum quelibet infra scrutabitur ordine suo.

Prima questiuncula est, Si celum Empireum receptaculum angelorum et beatorum hominum secundum veritatem reperiatur? Ad quam respondetur quod existentia celi Empirei, humana ratione investigari non potest, cuius ratio est, quia quidquid humana ratione investigatur, oportet quod subiaceat motui et visui, celum autem Empyreum immobile, negant, Ergo. Item

premium et locus premij debent assimilari, sed beatitudo et gloria sanctorum excedit investigationem humanam, quia neque oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, que preparavit Deus diligentibus se, ut dicit Paulus. prime Corinth. Ergo nec locus congruus beatitudini investigari poterit naturaliter. Propterea dicitur prover. xxv. Celum sursum, et terra deorsum, et cor regum inscrutabile. Et Sapie. 9 dicitur. Difficile estimamus que in terra sunt, et que in prospectu sunt invenimus cum labore, que autem in celis sunt quis investigabit? Videtur ergo dicunt doctores quod celum Empyreum non invenitur positum, nisi per auctoritates, Strabi, Bede et Basilij. Nam Strabo et Beda dicunt quod celum Empireum statim factum fuit repletum angelis. Et Basilius homelia 2 in libro Exame. dicit Sicut damnati in tenebras ultimas abiguntur, ita remuneratio pro dignis operibus restauratur in ea luce que est extra mundum, in qua Angeli et beati quietis domicilium sortiuntur. Tho. 1. p. q. 66. ar. 3. et in 2 senten. di. 2. et quodlib. 6.

Secunda questiuncula est

quid sit celum Empireum, Ad quam sic respondet, quod celum Empyreum est corpus intellectuale et spirituale, immobile quietum et lucidissimum inter omnia simplicia corpora nobilissimum, contemplationi glorie aptissimum, mox initium repletum angelis, circumdans immediate omnes celos mobiles, ornatum varietatibus premiorum omnium e

menitatibus incogitabilis pulchritudinis, et indicibilis dis
positionis in gloria, ut decet aulam regis supremi. di
citur primo quod celum Empyreum sit corpus, quod
sic suaderi potest. Spes, n, et intentio cuiuscumque ex
citatur et roboratur ex inspectione alicuius exempla
ris, In futura autem remuneratione speramus glo
riam spiritualem et corporalem. Sicut ergo excitamur
et roboramur in spe glorie spiritualis anime, exemplo be
atitudinis et glorie, a principio mundi inchoate beato
rum angelorum, quorum equalitas nobis promittitur
Iux illud Mathei XXV. Eritis sicut angeli dei in celo
ita similiter excitamur et roboramur in spe glorie
incorruptionis et ~~mort~~ immutabilitatis corporis ex
inspectione incorruptionis, et immutabilitatis corporis
celi Empyrei in principio mundi creati. Dicitur, 2
intellectuale, non quod habeat materiam naturalem
sed quia non subiicitur visui nostro. Dicitur et corpus spi
rituale, quia locus est beatorum spirituum et hominum glorifi
catorum. Dicitur et celum a celando invisibilia, et dicitur
Empyreum quasi intus igneum, a pir quod est ignis, eo
quod convenit cum igne in splendore, non in ardore, di
citur. 3. immobile quietum et lucidissimum. Nam cum
res omnino determinetur ex fine, et finis huius corporis
sit sit inhabitatio sanctorum, oportet conditiones eius

accipere secundum quod conuenit statui sanctorum beatorum propter quod creatum est, & quia illi sunt in plena participatione quietis et eternitatis & eterne lucis, ideo tale corpus debet esse imobile quietum, incorruptibile et lucidissimum, quam lucem celum Empyreum non determinat sibi a natura, sicut facit flama vel ignis, sed sibi determinat limpidissimam diaphanitatem quam habet splendore glorificati corporis christi, sicut hic aer illuminatur a sole; Unde et Apoca. 21. dicitur Ciuitas Dei non eget sole, neque luna ut luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eam, et lucerna eius est agnus

Dicitur. 4.º inter omnia simplicia corpora nobilissimum quia .s. est supremum omnium locorum corporalium.

Dicitur. 5.º contemplationi glorie aptissimum. Nam sicut contemplatio Dei in qua consistit felicitas angelorum & hominum beatorum, super omnia corporalia eleuat intellectum, Ita celum Empyreum inter omnia alia corporalia est magis eleuatum, & per consequens contemplationi magis aptum. Dicitur Sexto mox factum, repletum angelis, nonque ibi

nō sint multa loca vacua: in quibus sunt & erunt beati: sed dicitur repletum secundū modum loquēdi nostrū: secundum quē dicimus aliquā ciuitatem plenam hominibus: cum in ea omniū hominū habitacula plena sūt. Dicitur septimo circūstans īmediate omnes celos mobiles. i. celum cristallinum: quo dicitur etiam aqueū propter similitudinem quam habet cum aqua congelata in diaphanitate & soliditate: quod celum astrologi vocant nonam speram. Circūdat etiā celum sidereum. i. firmamentū: in quo sunt stelle. & celum aereum in quo sunt aues: diuisum in septem celos septem planetarū. s. Saturni: Iouis: Martis: Solis: Mercurij: Veneris: & Lune. In quo quidē celo empyreo raptus Paulus vidit archana dei. i. essentiam diuinam. ij. Corinth. xij. Dicitur octauo ornatum varietate premiorū. Nam ibi sūt nouem chori angelorum orbiculares: & multe mansiōes animarum distinctorū meritorum & premiorū. Dicitur nono omniū amenitatibus plenum. Nam dicit paradisus quasi ortus delitiarū. cetera plana sunt. De hoc loco dicitur Baruch. iij. O israel q̄ magna est dom⁹ dei & ingens locus possessionis eius: magnus & nō habēs finem. De hoc dicit Moyses. In principio creauit deus celum. & Paulus Galat. iiij. Illa autem que sursum est ierusalē libera est: que est mater nostra. Et ecclesia cantat. Vrbs beata ierusalem. Et Psalmi. Vnam petij a domino & hanc requiram. &c. Sed pro maiori euidētia eorum que in predicta descriptiōe celi empyrei posita sunt. Arguitur primo: ꝙ celū empyreum nō sit corp⁹ materiale & naturale: quia corpus materiale & naturale est mobile. Cum natura sit principium motus: materia etiam & motus se consequūtur: sed per dicta corpus empyreū est immobile ergo. Ad hoc respondetur: ꝙ nō

omne naturale est mobile: sed tantum illud quod est generabile & corruptibile: de quo intẽdit phūs. ij. phisicorum. Nec omne materiale est mobile. Mathematicus enim non abstrahit ab omni materia: sed a sensibili tãtum. Arguitur secundo contra illud quod dictū est q celum empyreum sit lucidissimū: quia si sic: cum alij celi sint perspicui & diaphani: appareret nobis vndiq tale celum. Ad hoc Respondetur: q sicut suspenditur claritas coporis christi sub hostia ne radiat: ita deus decreuit suspendere radiationes celi empyrei: in celos inferiores: & hoc ne tota circūferentia celi appareret nobis tãq vna lux continua: quia sic nõ haberemus distinctionem stellarum celi: nec distinctionem diei & noctis super terram: quod pro statu huius vite non expedit: sed forte tempore futuri seculi radiabit vndiq per totū mūdum inferiorem: ita q nulla vmbra vel obscuritas remanebit tunc in elementis. Et concesso tamen quod lumẽ celi empyrei multiplicetur per celos inferiores: quorum forte ab eo tota virtus dependet: tamen potest esse q propter longitudinem distantie radij claritatis eius deficiant anteq perueniant ad nos: & ideo nobis nichil de illo apparet. Tertio arguitur contra illud quod dictum est: q celum empyreum mox creatum: fuit repletum angelis: quia si sic non fuit aliquod spacium vacuum ab angelo pro beatis. Respondet ad hoc Albertus in de. iiij coeuis. Q, angeli non implent celum empyreum: vt locatum locum: sed implent secundum distinctionem hierarchiarum: & chororum: & mansionum: que in domo patris multe sunt. Hec ex Henrico de Assia. & Tho. ij. sententiarum. di. ij.

Ertia questiūcula ē: Quid

est dos spūalis aīarum & corporū beatorum in celo empyreo. Ad quā sic respondet: ꝙ dotes spirituales aīarū & corporum beatorum appellate sunt ad similitudinē dotium corporalium nubilium filiarum. Dos autē matrimonij corporalis secundum iura ciuilia sic diffinitur Dos est illud quod datur a parentibus sponse a parentibus viri: filie vt facilius nubat: cum sponsa in domum sponsi adducitur: vnde ornetur sponsa & delectabiliter vterqꝫ ad inuicem vniantur: atqꝫ prouideatur viro: vnde possit sufficienter sponsam & liberos nutrire: inamissibiliter soluto matrimonio sponse reseruatum. Et dicitur primo ꝙ dos datur a parentibus sponse: intellige cōmuniter. Nam ꝓpter duo contingit ꝙ sponsus vel pater sponsi assignat dotes vice patris puelle. Primo ꝓpter excessum affectus: nam sponsus vel pater sponsi propter amorem nimiū quem habet ad sponsam dotat eam: sicut contigit de Emor qui voluit assignare dotem quam debebat recipere: & augere propter vehementē amorem filij sui Sichem ad Dinam filiam Iacob. vnde dixit pater eius Emor ad Iacob & ad filios eius: Sichem filius meus adhesit anime filie vestre: date eam illi vxorem. Et subdit: Augete dotem & munera postulate libenter tribuam quod petieritis. Gen̄. xxxiiij. Secunda causa est ꝓpter commissum scelus. s. in penā sponsi: qui virginem corrupit & violauit scilicet vt virgini a se corrupte de suo dotem assignet: quam pater puelle debuerat assignare. vt dicitur Exodi. xxij. Si seduxerit quis virginem: dormieritqꝫ cum ea: dotabit eam & accipiat eā in vxorem. Dicitur secundo ꝙ dos datur parentibus sponsi vel sponso: nam dos debet esse penes eum qui supportat onera matrimonij. vt dicit Bartholus. in lege. Si is qui & stichum. paragrapho primo. ff. de

iure dotiū. Et intellige tu: q̄ dos assignatur sponso quā tum ad vsum vel ad dispensationē. Sponse vero quantum ad dominiū & ꝓprietatē. Dicitur tertio: filie vt facilius nubat. Nam non faciliter ducitur filia cuiuscūq; sine dote. ff. Soluto matrimonio. l. pri. Dicit̄ q̄rto cū sponsa ad domū traducitur: nā in matrimonij inchoatione. s. quando desponsatur spōsa: dotes promittunt̄ sponso. Sed cum introducitur sponsa in domū spōsi tunc sponso dotes assignantur. Tu tamen intellige q̄ si maritus cui dos promissa est: dotem non recepit: potest vxorem de domo expellere. vt dicit glo. in autēticis. de nō eligendo secundo nubentes. §. fi. colla. pri. Licet cōtrarium habeat̄ in. c. Per vestras. de donationibus inter virum & vxorē. Dicitur quinto: vt inde sponsa ornetur & decoret̄. Intellige secundū statum suū: & morē patrie Dicitur sexto: vt delectabiliter vterq; ad inuicē vniant̄ Nam dos est illud per quod sponsa delectabiliter coniungit̄ viro: & ecōuerso. Dicitur septimo: & vt ꝓuideat̄ viro vnde possit sufficienter. &c. vt patet in. l. pro oneribus. C. de iure dotiū. Dicit̄ octauo: ināmissibiliter. &c. Nam dos censet̄ esse patrimoniū mulieꝝ: vt dicit Ioh. an. de foro competenti. ex tenore. &. ff. de minoribus vigintiquīq; annis. l. deniq;. §. patrimoniū. Ad similitudinē ergo dotiū corporaliū huiusmodi: dantur diuinitus ipsis beatis quando in gloriam transferuntur aliqua dona ad eorū ornatum: que dona & ornatus vocātur dotes spirituales: que dos spiritualis sic diffinitur. Dos est perpetuus ornatus aīe & corporis: vite sufficiēs: in eterna beatitudine iugiter perseuerās. Sicut enī primo dos corporalis datur a patre carnali sponse in dominiū: & sponso in vsum: Sic in matrimonio spirituali christi & anime dant̄ a tota trinitate q̄ est pater spon-

se.s. anime & ecclesie: dona & ornamēta siue decores spirituales. Nam pater tenetur dotare filiā: nō solū cō trahentem matrimoniū carnale sed etiam spirituale: vt dicit Bal. in. l. fi. C. de dotis ꝓmissione. Et danť christo sponso in dispensationem: & ecclesie siue membris ei⁹ id est animabus in dominiū & ꝓprietatem. Et sicut in matrimonio carnali dotes dantur in solatium sponso rū & vt subleueť onus matrimonij. Sic in matrimonio spirituali inter christū & animā p dotes spirituales. i. p ornamentum & decorē anime fit quedā spiritualis io cunditas in anima principaliter ex gratia & gloria: qui bus nichil est delectabilius: p que anima sponso christo delectabiliter vnitur. In quo matrimonio spirituali: nō sunt onera sicut in corporali: sed summa iocunditas ex gratia consūmata: vel gloria in celo. Et sicut in carnali matrimonio dotes dantur sponse in dominiū: & spon so in vsum. Sic in matrimonio spirituali ornat⁹ danť sponso in vsum. i. in quantū tendunt ad honorē & glo riam christi. Sed sponse. i. aīe vel ecclesie in dominium inquantū p eas ornanť. Et sicut in matrimonio corpali nō dantur dotes quādo mulier desponsať: sed cū intro duciť in domū: sic dotes spirituales nō danť animabus ꝙdiu peregrinanť a dn̄o: vt dicit apl's. ij. ad Cor. v. Sed quādo transferunť in gloriā: in q̄ gloria aīe pfruūť spō so presentialiter. Et iste dotes spūales tāto digniores sūt corpalibus quāto aīa plus est q̄ corp⁹. Iste cōsistunt in bonis interiorib⁹ gl'ie. Psal. Omnis gl'ia ei⁹ filie regis ab intus in fimbrijs aureis circūamicta varietate. Sed do tes corpales de foris in bonis exteriorib⁹ fortune. De q̄ matrimonio spirituali & dotibus & spōsis diciť Apo. xix. Gaudeamus & exultemus & demus gloriā ei quo niam venerūt nuptie agni: & vxor eius preparauit se

& datū est illi vt cooperiat se bissino splendente & candido. bissinum autē sunt iustificationes sanctorū. Hec elicitiue ex Tho. iiij sniarum. di. xlix. Sed hic est vna dubietatio. Nam dictū est sup in pri. §. diffinitiōis dotis temporalis: ꝙ si pater sponsi vel sponsus: dotent puellā nubilem vel sponsum: dicetur vno modo spōsus raptor puelle & violator. Cum aūt christus spōsus spōse sue. i. anime dotem largiatur: scđm illud Ysaie. lxi. Induit me vestimētis salutis: & quasi sponsam ornatā ornauit me monilibus suis. Erit ergo christus scđm hoc sponsus raptor vel violator anime Ad hoc Respondet dupliciter Primo ꝙ scđm canones: spō sus dicit tunc raptor puelle: quando puella in turpi actu nō consentit. Si autē puella cōsentiat nō dicetur spōsus raptor vel violator Extra de raptorib9 & incēdiarijs. c. primo cū glo. vbi ponit glosa casum in terminis sic dicens: Quidā miles volens contrahere cum puella quadam: parentes eam illi dare nolebant: tandē de consensu puelle eam rapuit: & cū ea cōtraxit matrimoniū: & carnaliter cognouit eam que postea monasterium intrauit. miles tanq̄ suā vxorem petit: quia sine licentia sui post carnalem copulā intrare monasterium nō potuit. dicebat illa ꝙ nō tenebatur ei tanq̄ viro adherere: quia eā rapuerat: & raptor cum rapta cōtrahere nō potest. Ad hoc respondet papa ꝙ nō fuit raptus cum ipsa consenserit: & post matrimoniū contractū & cōsumatū religionē intrare nō potuit viro īuito: licet rapta fuerit: quare si hoc constiterit debet ei restitui. Hec glo. ibi ad l'ram. Quare ad ꝑpositū cū christus aīam in sponsā accipit cōsentientem: nō in actu turpissimo carnis: sed ī fide & in mīscđia: scđm illud. Osee. i. Despōsaui te michi in fide & ī misericordia & miseratiōibus. & ij. Cor. x. Despōdi. n. vos vni viro

virginē castā exhibere christo: ergo nō est cēsendus christus spōsus raptor aīe. Secundo etiā ad hoc dicit: ꝙ licet de cōmuni iure dos det̄ spōso a sponsa: vel ab aliq̄ eius noīe: quādoq꜠ tn̄ cōtingit ecōuerso: & hoc ꝑ maxime quādo grādis est amor patris spōsi: vel spōsi ad sponsā & spōsa pauꝑ est. vnde spōsus vel pater spōsi eā dotat: dote quā dicit a spōsa accepisse: & contentat̄ de dote. Et sic in ꝓposito ex grandi amore dei patris & filij ei⁹ ihesu christi ad aīam sponsam fidelem: dat̄ dos a patre & filio christo: & contentat̄ cum ad eorū honorē & gloriam cedat: hec ex theologis & canonistis.

Q Uarta questiūcula ē: quot sunt dotes aīaꝶ ī celo empyreo existentiū. Ad quam sic respondetur: ꝙ aīabus beatis in celo assignant̄ tres dotes. s. visio: cōprehensio & delectatio. Ratio hui⁹ est: q2 dos est aliq̄s ornatus vel dispositio īherens aīe: ꝑ quā aīa ordinat̄ ad opationē in qua cōsistit ꝑfecta beatitudo. Ad beatitudinē aūt tria reqrunt̄. s. intuitiua notitia: intima p̄sentia: & sūma cōplacētia. Primo ad opationē in q̄ ꝑfecta beatitudo cōsistit: requirit̄ intuitiua vel clara notitia: & hec est visio: prima dos aīe Vbi nota ꝙ visio dei dupliciter pōt accipi. Vno modo ꝑ ipso actu visionis. & sic visio nō est dos: sed ē ipa beatitudo: de qua visiōe dicit̄ Ioh. xiij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te solū verum deū: & quē misisti ihesū xp̄m. Et Lu. x dicit̄. Beati oculi q̄ vidēt q̄ vos videtis. qd nō intelligit̄ de oculis exteriorib⁹: alioqn beati fuissēt oculi scribarū & phariseoꝶ qui christū corpaliter videbant sed intelligit̄ de oculis interioribus mētis deitatē intelligibilem intuētib⁹: de q̄bus dicebat aplūs Ephe. primo Det vobis spiritū sapiētie & reuelatiōis in agnitionem

ei⁹ illuminatos oculos cordis vestri. Et Aug⁹ dicit. Qꝫ visio est tota substātia beatitudinis. Alio modo dei visio potest accipi ꝓ ipso habitu quo talis operatio .s. visio dei elicitur .i. ꝓ ipsa claritate qua aīa ad deū videndū diuinitus illustrat̄: & sic visio est dos & principiū beatitudinis: vt dicit Tho. iiij. snīaꝝ. d. xlix. arti. ij. Vnde Ricardus in. iiij. dicit. Qꝫ dos visionis: est quidā habitus luminosus in intellectu q̄ eleuat̄ ad clare deū videndum & hec dos est in potētia intellectiua aīe: & succedit virtuti theologice fidei que euacuabit̄ cū venerit qđ perfectum est. prime Corin. xiij. Secundo ad beatitudinē vł ad operationē in qua ꝑfecta beatitudo cōsistit: requirit̄ intima presentia siue cōprehensio. secunda dos aīe: que nichil aliud est quā in p̄sentia deum habere: & in seipo ipsum tenere. & hec cōprehensio sequit̄ ex visiōe: nā cū in prima: de⁹ visus nō videat̄ ꝑ similitudinē: sed ꝑ essētiam efficit̄ intra videntem: & sic vidēs tantū cognoscit quantū ipsū cognoscere potest: illūqꝫ scđm mensurā videntis cōprehendit: & hec cōprehensio succedit & respōdet spei: que ibi euacuabitur. Nam sicut cessat mot⁹ habita forma: ita cessat spes habito qđ sperabat̄. Cū igitur in prima erit cōprehensio: tētio & secura possessio dei nō quidē ꝑ gratiā sicut hic: sed ꝑ gloriā: q̄ nec ꝑ peccatum poterit amitti amplius. ergo ibi cessabit om̄is spes & hoc modo hec comprehensio pertinet: vt quidam dicunt ad memoriā: quam dotem tentionis sic Ricardus diffinit. Dos cōprehensionis est habitus ꝑfectus quo voluntas est perfecte secura de perpetuatione tentionis dei. Tertio ad beatitudinē vel ad operationem: in qua perfecta beatitudo consistit: requirit̄ sūma cōplacentia siue delectatio: quā nominat fruitio ex parte cōplementi. & ē tertia dos. Postqꝫ enī res cōprehendit̄ & posside

tur: sequit̄ quidē ad eam amor & delectatio. Nam ad vnionē seu visionem maxime conuenientis sequit̄ delectatio sūma de re visa & possessa. Cum igitur ī patria deum maxime intellectui nostro conuenientē videbimus & comprehendemus: sequitur ꝙ ibi consequenter erit sūma delectatio: in qua perficietur nostra felicitas. Et hanc dotem sic diffinit Ricardus in. iiij. Dos fruitionis siue delectatiōis est perfectus charitatis habitus quo anima fruitur deo completiue: & in eo delectatur: & hec dos succedit charitati: & est in voluntate cōpletiue De his tribus dotibus dixit Aug⁹ in Encheridion. & ponitur in secūdo sniaꝝ. di. i. Fecit deus rationalē creaturam vt summum bonum intelligeret: intelligendo amaret: amādo possideret: & possidendo frueretur. Ex Thoma elicitiue in primo & quarto sententiarū vbi supra. Sed forte argues ꝙ dotes sunt quinqꝫ: quia Boetius tertio de consolatione ponit quinqꝫ ad beatitudinē pertinentia: que sunt sufficientia, quam promittunt diuitie. Ioenditas: quam promittit voluptas. Celebritas quam promittit fama. Securitas: quam promittit potētia. Reuerentia: quam promittit dignitas. Respondetur & dicitur: ꝙ ista quinqꝫ non debent dici dotes: sed quedam beatitudinis conditiones q̄d patet quia in vera beatitudine sunt omnia que in hoibus in temporali felicitate querunt̄: que vel ꝑtinent ad īmunitatem a malo sicut securitas. vel ad cōsecutionē boni & cōuenientis: sicut iocūditas: & ꝑfecti sicut sufficiētia. vel ad manifestationem boni sicut celebritas inquantū bonū vni⁹ est ī notitia multoꝝ & reuerētia īquantū illi⁹ notitie vel boni signū aliquod exhibet̄, Reuerentia enī consistit in exhibitione honoris: qui est testimoniū virtutis. Et sic patet ꝙ non sunt nisi tres dotes, s. visio cōprehensio

& delectatio siue fruitio. Et respōdēt vt quidam dicūt tribus virtutibus theologicis.s.fidei: spei: & charitati. Nam fidei respondet visio. Spei cōprehensio vel tētio Charitati dilectio vel fruitio: qualis habetur a beatis in patria. Hec Tho. iiij scrip. sniarum.di. xlix.arti. v.

Quinta questiūcula ē: quot sunt dotes corporū in celo empyreo glorificatorū. Ad quā sic respondet: q preter tres dotes aīe dictas: ponūtur etiā in corpe glorioso quatuor dotes. s. impassibilitas: subtilitas: agilitas: & claritas. Et ratio hui⁹ est: qa sicut dotes aīe sunt qdam ornatus: & quedā dispositiões aīe qbus aīa ornat & disponitur vt pfecte cōiungatur deo. Ita dotes corpales sūt quidā ornatus & quedā dispositōes quib⁹ corp⁹ gloriosū pfecte aīe subiicitur. Et hee qtuor dotes qtuor virtutib⁹ cardinalibus adaptātur: eo q cardinaliū virtutū materia: sunt bona corpalia. vt.s. prudētie respōdeat claritas pter cognitionē. Iustitie q est ppetua & imortalis respōdeat ipassibilitas. Fortitudini ex q cōtigit vt nichil corpori possit resistere. Respondeat agilitas: temperātie qua corpus attenuatur. respondeat subtilitas. Tho. in. iiij. di. xlix. Numerū aūt harū quatuor dotiū corporū doctores sumūt a diuersis. Nam.s. Tho. Sumit numerū illarū ab his q aīa rationalis p presenti statu cōmuniter cōfert corpi corruptibili. Videmus enī dicit ipe sup primā epistolā ad Cor. xv. ca. Q, ex aīa corpori corruptibili quatuor pueniunt: & tanto perfectiori modo quanto aīa fuerit virtuosior. Nam primo corpori dat esse corpale. ipsa. n. est actus corporis. ij. de aīa. Sed tunc cū erit virtuosior. immo in sūmo pfectiōis virtutis dabit esse nō corpale sed spirituale. & hec est dos que dicit subtilitas. Secun-

do hic anima dat corpori in corruptionē: vnde videm⁹ hoīes q̄ quanto sunt fortiores nature: min⁹ a calore & frigore patiūtur. cū ergo tunc aīa erit pfectissima: cōseruabit tunc corpus oīno īpassibile. & hec dos est īpassibilitas. Tertio hic anima dat corpori pulchritudinem & claritatē. Infirmi enī & mortui pp̄ter debilitatē operationis aīe in corpus efficiūtur discolorati. sed quando erit in sūma pfectiōe faciet corpus clarissimū & fulgentissimū. Et hec dos est claritas. Quarto aīa hic dat corpi motū: & tanto facilius quanto virtus aīe fuerit fortior supra corpus. & ideo quando erit in vltima sui pfectione dabit corpori agilitatem: & hec dos est agilitas. hec Tho. vbi supra. Dn̄s aūt Bonauētura in. iiij. di. xlix. aliunde recipit rationes quatuor dotium corporis. s. ex quatuor elemētis: ex quib⁹ corpus nostrū cōpositū est Nam quia elementa sunt impfecta: corpus nostrū quadruplicē habet ab eis defectibilitatē. Habet enī primo corpus nostrū ab aqua: que est elementū humidū & passibile corruptionē & passibilitatē. & huic Respōdet dos q̄ est īpassibilitas. Secūdo corpus nostrū habet a terra obscuritatē: quia terra est elemētū opacum. & huic respondet claritas. Tertio corpus nostrū habet ab igne actibilitatem. Nam calor continue cōsumit: & ideo cōtinue indiget homo alimonia ciborū: quibus fit corpus spissum & grossum. contra que erit dos penetrabilitatis siue subtilitatis. Quarto corpus nostrum habet ab aere infirmitatē. aer enī facilime īmutatur & cedit cuilibet impellenti: sed tunc facilius mouebitur corpus per dotē agilitatis. Prima igit̄ dos corporis gloriosi est īmortalitas siue impassibilitas vigorosa qua corpus ex virtute aīe ab omni lesione seruabit īmune. Ratio hui⁹ dotis ē ista: quia sicut aīa erit perfecte subiecta deo: ita corp⁹ hu

manū: & quicquid in eo est: erit aie rationali pfecte sub iectum. & ideo in corpore glorioso nō poterit esse aliq immutatio cōtra dispositionem illā qua perficit ab aia Vnde in corporibus sanctorū post resurrectionē nulla actio vel passio poterit prouenire a qualitatibus elemē talibus que sit contra dispositionē anime: que intendit corpus pperuo cōseruare. corpora eni nostra nūc ppter in equalitatē: contrarietatē: & litem & pugnā quatuor elementorū: ex quibus componunt tandem corrūpunt & incinerant: in die autē iudicij in beatis omnis cōtra rietas: & lis & pugna & inequalitas reducet ad omni modam pacē: concordiā & equalitatē. Vnde Apo. vij. & xxi dicit. In die illo mors nō erit vltra neqȝ luctus ne qȝ clamor neqȝ vllus dolor quoniā priora abierunt. Et Paulus. i. Cor. xv Oportet eni corruptibile hoc īduere in corruptionē: & mortale hoc īduere īmortalitatē. Cū autē mortale hoc induerit īmortalitatē: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Et Augu. ad Dioscorum. Tam potenti virtute deus fecit ani man vt eius beatitudo redūdaret in corpus: & plenitu do sanitatis & vigor incorruptionis. Secunda dos cor pis gloriosi ponitur esse subtilitas virtuosa. Nam quāto corpora sunt nobiliora: tanto sunt subtiliora: sed corpo ra gloriosa inter omnia corpora sunt nobilissima: ergo subtilissima. Dicitur autem quid subtile a virtute pene trandi. ij. de generatiōe. Vnde dicitur intellectus subti lis: quia pertingit penetrando vsqȝ ad intrinseca princi pia: & naturales pprietates rei latentis. Et dicitur quis habere subtilem visum: quia ad aliquid longe nimiū potest pertingere visu. Et corpus siue gladius subtilis: quia potest penetrare & pertingere vsqȝ ad intima rei. In die autem iudicij corpora gloriosa ex virtute beatis

tudinis anime redundantis in corpora erūt tante acti
ue virtutis q̄ poterunt penetrere quecūq̧ corpora su
periora & inferiora: multo efficacius quā aqua vel vi=
num vel ignis: vel aer: vel ventus. Aqua eni penetrati
ua est: quia simplex: sed vinū multo magis. Propter q̄d
aqua bibita cū modico vino magis refrigerat sanū quā
si biberetur sola: quia vinū facit eā ad loca corporis effi
cacius penetrare ad que aqua per se penetrare non pos
set: vt dicit Ricardus in. iiij. di. xlix. Corp̄a ergo sancto=
rum post iudiciū per dotem subtilitatis penetrabunt ce
los sine eorū lesione aut fractione: sicut nunc lux vitrū
& corp̄a inferiora cedēt eis: pertransibūt mōtes & saxa
sine resistentia & lesione: vnde ostia; muri: clausure: ī=
mo & capse ferrate cedent eis. Psal. In nomine tuo trās=
grediar murū. Et Grego. in. iiij. li. moraliū dicit. In illa
resurrectionis gloria erit corpus nostrū subtile perfectū
spiritualis potentie: sed palpabile per virtutem nature.
Tertia dos corpis gloriosi erit agilitas vigorosa. Non
enim corpora gloriosa erūt grauia: quia in motu cor=
porum gloriosorum nō erit aliquis labor: sed erunt agi
lia: eo q̄ anima tunc p̄fecte dominabit̄ corpori: & ideo
corpus per dotem agilitatis subicieẗ anime quātum ad
imperium quo ad motū: vt sine labore aliquo quo vult
moueatur. subito ergo homo cū corpore mutabitur de
loco ad locum: immo quasi in momento quocūq̧ volu
erit discurret. Magna est agilitas aquarum currentiū.
Maior est auium volantium. Maior sagitarum. Mai=
or solis. Maior imaginationis que subito vadit quo
vult. Sed supra omnes maior erit agilitas corporum
gloriosum. Vnde Ysaie. iiij. dicit̄. Current & non la=
borabunt: volebunt & non deficient. Et Mat. xiii. Ful
gebunt iusti & tanq̧ scintille in arundineto discurrēt.

Qd si arguat: qa scribitur prime ad thessa.iiij. Q corpora gl'iosa dicuntur ferri ab angelis & nubibus: ergo nõ erũt agilia sed grauia. Respondet: q corpora gloriosa nõ dicunt' ferri ab angelis qa grauia: & ppter defectũ agilitatis: quia tũc eorũ motus esset cũ labore & pena: & corpora eorũ sic nõ essent subiecta aiab9 perfectis & beatis vt dictũ est. Sed dicuntur corpora gloriosa ferri a predictis ad reuerentiã designandã: que corporibus gloriosis & ab angelis & ab oibus creaturis deferet'. Quarta dos corporis glorificati erit claritas gloriosa: de qua dicitur Mat.xiij. Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorũ. quod quidem iuxta doctorũ sententiã intelligendũ est: non de claritate solis scdm q nunc lucet: sed scdm q post diẽ iudicij lucidus erit. Sed teste ysa. xxx. ca. In die illa erit lux lune sicut lux solis: & lux solis erit septẽpliciter sicut lux septem dierũ. Sequit' q minimus inter sanctos ad minus lucebit septies q̃ nunc luceat sol. Et si hoc verũ est: qui in duplo erit beatior: erit quatuordecies tantũ lucidus: & sic multiplicando de gradibus beatitudinis beatorũ vsq ad virginẽ & christũ: q gratia aie eius & corporis cũ plus passionis habuerit q̃ ceteri omnes simul: quantũ ergo erit luminosũ corp9 ei9 sanctissimũ. Propter claritatem ergo & planetarũ & corporũ glorificatorũ (quorũ vnum loco solis ad nũc illuminandũ mundũ posset ponere deus) dicit. s. Tho. in iiij. vbi supra. Q in die iudicij nox nullibi erit nisi in centro terre. De hac claritate dicit Iob. xxviij. Non adequabitur ei aurũ vel vitrũ. Et Paulus ad Ephe. iij. Reformabit corpus humilitatis nostre cõfiguratũ corpori claritatis sue. Hic tamẽ notãdũ est q christ9 nõ habuit dotem claritatis: sicut nec etiã alias dotes. Nam neq angeli neq christus habuerũt dotes. Non quidẽ angeli cũ

ipsi nõ habeant rationẽ sponse que confirmitatẽ natu-
re cum sponso habere debet. Nec etiam christus habuit
dotes: quia dos assignat sponse & nõ spõso. christ⁹ aũt
est sponsus & nõ sponsa. Ioh. iij ergo. Vnde nõ est di-
cendũ sicut dicit Vgo. de sancto victore: ꝙ christ⁹ assũ-
psit quatuor dotes. Claritatis in transfiguratiõe. Agi-
litatis ambulando sup mare. Subtilitatis egrediendo de
clauso vtero virginis. & impassibilitatis in cena quãdo
dedit corpus suũ ad comedendum sine hoc ꝙ diuidere
tur: quia dotes nominant & sunt quedã naturalia. Sed
claritas christi in transfiguratiõe fuit miraculosa: sicut
& ꝙ ambulauerit sup vndas maris. ꝙ sine viro cõcipe-
retur: & ꝙ clauso virginis vtero exiuerit: & alia huius-
modi vt dicit Tho. iiij. sniaꝝ. di. xlix. arti. iij. Sed forte
queres vtrũ claritas corporis gloriosi poterit naturali-
ter videri ab oculo nõ glorioso. Respondet ꝙ sic: nã cla
ritas corpis christi cui assimilabimur visa fuit ab oculis
discipulorũ nõ gloriosis. Et ĩpij videbũt claritatẽ iusto-
rũ ex q̃ torquebũt: ergo & claritas corporũ beatorũ po
terit videri ab oculis nõ gloriosis: & cõsequẽter videbi
tur gloria animarũ intra corpora glorificata positarũ:
sicut in vitro cognoscit color corporis q̃d in vase vitreo
continet. ꝓpterea Grego. dicit. Ibi quippe vniuscuius-
q; mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia
nõ abscondet: sed patebit animus corporalibus oculis:
& ipsa etiam corporis armonia. Sicq; vniuscuiusq; tũc
mens erit cõspicabilis alteri: sicut nũc esse nõ potest cõ-
spicabilis sibi. &c. Si autẽ querat vtrum necessario illa
claritas videat. Dicitur ꝙ nõ: nam in corpore glorioso
est sũma obediẽtia ad animã: ergo in volũtate & potes-
state anime erit ꝙ corpus suũ videat vel nõ: sicut corni-
culus ostẽdit suã claritatẽ quãdo vult aut nõ sicut sibi

placet: & christus disparuit quando voluit ab occulis discipulorũ in Emaus: & quãdo voluit viderunt eũ & cognouerũt. ꝓpterea dicit Aug⁹. xix. de. ci. dei. cxxvij. Imperabit deus aĩo & animus corpori tanq̃ obedienti. Istas quatuor dotes Paulus. i. Corinth. xv. posuit dicẽs Stella differt a stella in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Seminatur. s. corpus corruptibile: & sepelit̃ in corruptione in terra: resurget in corruptiõe. s. immortale. Ecce immortalitas siue ĩpassibilitas. Et dicitur seminatur. s mortuus dum sepelit̃. Nam apostolus vocat sepelire: seminare. Sicut enĩ gramen seminat̃ vt faciat fructum: ita seminatur corpus. & sepelitur: vt resurgat gloriosum cum fructibus. Sequitur textus. Seminatur corpus aĩale & grossum materiale: surget corpus spirituale. s. quo ad oẽ aĩe imperium quo ad motũ vel quia habebit conditiões spũs ad penetrandũ vbiq̃ sine fractura. ecce dos subtilitatis. Seminat̃ in ĩfirmitate id est sepelitur corpus infirmũ ab aĩa de difficili mobile: q̃a corpus q̃d corrũpitur aggrauat aĩam. Sapiẽ. ix. Surget in virtute. i. ĩmobilitate. s. scd̃m voluntatẽ aĩe: p dotẽ agilitatis. Seminatur. i. sepelitur corp⁹ scd̃m Ambro. in ignobilitate obscuritatis & deformitatis: surget in gl̃ia. i. cum claritate & formositate p dotẽ claritatis. De istis q̃tuor dotibus dicebat Aug⁹. xxij. de. ci. de. c. Aberit a corp̃ibus nr̃is oĩs deformitas: oĩs tarditas: oĩs infirmitas: oĩs corruptio. Tunc verificabit̃ illud ꝓuer. vltio Omnes domestici ei⁹ vestiti sũt duplicib⁹. s. dotib⁹ aĩe & corpis. Tunc verificabit̃ illud Apo. vi. Date sunt illis singule stole albe: & dictũ est vt quiescerẽt adhuc modi cũ tẽpus donec implerent̃ numer⁹ cõfratrũ suoꝝ. Et tũc dicet aĩa illud Ysa. lxi. Induit me dñs vestimẽtis salutis & quasi sponsam ornatam me ornauit monilibus suis.

¶ Sexta questiuncula est: Si
dotes aīaꝝ & corporū in celo empyreo sint idē cū beatitudine ipsarū. Ad quā respondet̄ negatiue dicendo: ꝙ dos, differt a beatitudine in quīqꝫ. s. in subiecto: in numero: in modo: in vocabulo: & ī termino. Primo differt in subiecto: qa beatitudo in est hoī scḋm illud qḋ est potissimum in eo. s. scḋm intellectū. vt dicit phūs. ij. Ethi. Sed dos est etiā in corpore. Secūdo dos differt a beatitudine in numero: qa beatitudo est vna tantū: dotes vero sunt plures vt patuit supra. Tertio differt in habēdi modo: qa dos datur sine meritis: sed beatitudo nō datur: sed reddit̄. Quarto differt ī significato: qa dos est quidā ornatus corpis & aīe. i. quidā decor beati in eterna beatitudine iugiter perseuerās: vt dictū ē Sed beatitudo ꝓprie loquēdo nō est ornatus aīe: sed aliquid quod ex ornatu ꝓuenit. Quinto differt in termino. i. ī fine vltimo: qa dos ordinatur ad delectabilē vnionē: qḋ patet qa dos est illud ꝑ qḋ sponsa delectabiliter iungit̄ spōso. Sed beatitudo nō ordinatur ad cōiunctionē: sed est ipsa cōiunctio aīe cū christo q̄ est ꝑ operationē. i. ꝑ ipsā dei clarā visionē. Vnde dotes nō sūt ipsa beatitudo, sed sunt quedā dispositiōes vel q̄litates vel ornatus ex quibus beati ad beatitudinē ordināt̄ur: ita ꝙ dotes sunt dona dispōnētia ad cōiunctionē cum christo ꝑ operationē. i. per imediatam visionem Tho. in. iiij. sñiaꝝ. di. xlix. arti. ij. elicitiue.

¶ Septima questiuncula est:
Si vltra dotes ṗdictas quicqꝫ aliud necessario requiratur ad verā & perfectā in celo empyreo beatitudinē. Ad quā respōdetur affirmatiue ꝙ sic. Nam vltra dotes requirūtur tria. s. diuine gratie influētia: lu

minis glorie refulgētia: diuine essentie clara euidentia. Primo requirit influētia diuine gratie, ꝓbaᵗ ratione au ctoritate: & similitudine. Nam nullus intellectꝰ creatꝰ angelicus vel hūanus sua naturali virtute pōt ꝑtinge re vbi cōsistit pfecta beatitudo. habitat enī deus lucē in accessibilē. & nos cū creati sumus ad increatū & diuinū nō attingimus naturaliter: sed ad creatū & finitū: ergo indigemus diuina gratia. ꝓpter hoc Paulꝰ. Ro. vi. dicit Gratia dei vita eterna. i. vita que est visio dei & ihesu christi: quē misit pater in mundū: est ex gr̄a dei Et pri me ad thi. vi. Deus lucē habitat inaccessibilē quē nullus hominū vidit. Vbi glo. dicit ꝙ nullus hoīm ad eā ex se accedit: sed cui daᵗ ex dono dei: donū aūt dei est gr̄a eiꝰ Et Ambro. sup Lucā cū Augu. in li. de vidēdo deū di cunt. Non est ī ptāte nr̄a videre deū: sed in ptāte illiꝰ ap parere. Et subdit. Si nō in ptāte nr̄a est videndi deū: est tn̄ in ptāte nr̄a gratiā ꝓmerēdi vt videre possimus. Et ꝓ baᵗ etiā similitudine. Nam sicut aqua q̄ inferior est igne nō pōt esse calida nisi p ignē supiorē: ita itellectus crea tus naturaliter infra deū ad diuinā essentiā sursū ferri nō pōt nisi virtute gr̄e ipius. Et sicut ferrū graue. sur sum trahi nō pōt nisi virtute supioris magnetis: ita ītel lectꝰ hūanus grauis ad dei essentiā: nō nisi p gratiā eiꝰ eleuari pōt. Scd̄o reqritur refulgētia lumīs gl̄ie: nō q̄ dē ex pte diuine essentie q̄ de se Absq3 medio maxime est intelligibilis: sed ex pte intellectꝰ nr̄i: vt. s. habiliteᵗ: for tificetᵗ & eleueᵗ. Primo q̄dē vt habiliteᵗ: qa sicut lux nō recipitᵗ in corpe nisi corpꝰ disponaᵗ p diaphanū. i. p trāś parentiā disponentē corpꝰ ad susceptionē lumīs: ita in tellectus noster nō suscipit istū actū. s. videre diuinā es sentiā nisi disponaᵗ p lumē gl̄ie. Itē vt fortificeᵗ: nā ita ē debilis itellectꝰ noster creatus & naturalis respectu di

uine essētie: sicut ocl's vespertiliōis ad lumē solis. ij. meth.
Ideo psal. dicit. Amictus lumīe sicut vestimēto. Itē vt eleuet: nā cū diuina essentia distet ī infinitū a q̄libet intellectu creato. itellectus creatus ei nō cōiūgeretur: nisi ad visionē ei9 eleuaret p lumē glīe: quā virtutē eleuādi lumē glīe ñ hēt ex virtute ppria cū sit etiā qd creatū: sȝ ex virtute quā ad hoc sortit a deo. de q̄ lumine dicitur in psal. In lumīe tuo videbimus lumē. Tertio reqrit ad pfectā beatitudinē diuīe essētie clara euidētia: nā nūc de9 cognoscit a nob p creaturas: & p imaginē ipsarū & vestigia. vnde dicit Damasce. Non dimisit nos deus in oī moda sui ignorātia: sed oībus cognitio existēdi deū ab ipo inserta ē. Sed oportet q in patria altiori mō cognoscat. s. p gloriā. & hoc mō clare videbitur essentia dei. nec posset eē aliter. Primo qa desideriū sctōrū aliter esset frustratū: qd esse nō potest. Desideriū aūt eorū est illud Moysi. Exo. xxxiij. Ostēde michi gloriam tuā. & illud Philippi: Ioh. xiij. Ostēde nobis patrē & sufficit nob. Itē pmiū in hoc cōsistit q deus videat pfecte & cognoscat sed hoc nō pōt esse nisi p essentiam videat: ergo Hec ex Tho. iij. cōtra gētiles. & Alexādro de ales. iij. pte sūme.

Octaua questiuncula est: Si

o quinq; sensus exteriores in glificatis corpibus ī celo ēpyreo btificabūtur. Ad quā videt qbusdā respōdendū negatiue: & primo sic. Nam si qnq; sensus deberēt btificari: hoc eēt p auctuntionē cuiuslibet respectu obiecti ipi9 cōueniētissimi: sicut potētia itellectiua btificat in clara visiōe obiecti nobilissimi: qd ē diuia essētia: & de volūtate q btificat ī dilectiōe sūmi boni. Si g potētie sesitiue eēt finalit btē: erit q̄libet earū pfecte actuata respectu obiecti nobilissimi & cōuenientissimi cui9 ē

capax. Sed nõ videt̃ que erũt vel esse poterũt illa obiecta in qbus beatificẽtur p̃cipue tres sensus inferiores. s. olfactus: gustus & tactus: cũ res sensuales ĩ qbus illi sensus delectãtur nõ erũt in regno celesti: qa ibi nõ erit tẽperies inter frigus & estũ: nõ erit sitis neq̧ esuries: nõ fragrãtie aromatũ: non applicatio rerũ sapidarũ: sed erũt oẽs sicut ãgeli dei: non manducãtes nõ bibẽtes nec generationi vacãtes: dicẽte saluatore Mat. xxij. saduceis carnalit̃ de statu future btitudinis sentiẽtib⁹. Erratis ingt nesciẽtes scripturas neq̧ virtutẽ dei. In resurrectione eni neq̧ nubẽt neq̧ nubent̃: sed erũt sicut angeli dei ĩ celo: ergo non poterũt beatificari quinq̧ sensus hominũ glorificatorũ. Sed in contrariũ est. Aug⁹. li. de pfectione iusticie hoĩs. vbi dicit: q̧ in plenitudine charitatis patrie iplebit̃ p̃ceptũ illud. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde: ex tota aĩa: ex omnib⁹ viribus: qđ esse nõ posset: nisi opatio & vsus omniũ humanarũ viriũ: & potentiarũ in patria in obiectis suis quietarẽtur: vt declarat Tho. in. iiij. di. xliiij arti. vi. Ad hanc dubitationẽ respondẽdo: dicẽdũ est q̧ dupliciter loqui possum⁹ de beatificatione sensuũ exteriorũ hoĩs glorificati: videlicet aut quatum ad obiecta eorũ: aut quantũ ad actus. Si loquamur quantũ ad obiecta: dicitur q̧ q̃libet potẽtia habebit obiectũ suũ. Nam visus hẽbit obiectũ corp⁹ christi: qđ inter oĩa corpa pulcherrimũ erit & gratissimũ ad videndũ. vnde Iob. xix. Scio q̧ redẽptor &c. vsq̧ in sinu meo. Audit⁹ hẽbit obiectũ christũ naturalibus organis vocẽ formantẽ. Psal. Auditui meo dabis gaudiũ & letitiã. & hoc duplicit̃. s. cantãdo & loquẽdo. De loquẽdo dicit̃. Cant. v. Aĩa mea liquefacta est: vt dilectus me⁹ locutus ẽ: dicit sponsa laudans christũ sponsum. De cantãdo habetur in officio beate Agnetis dicẽtis. Amo christũ in cuius talamũ itroiui

cui⁹ mater virgo est. cui⁹ pater feminā nescit. cui⁹ michi organa modulatis vocibus cātant. Erit etiam ibi cant⁹ aliorū sctōꝝ: de q̄ dicit̄ ab ecclesia. In ciuitate dn̄i clare sonāt iugiter organa sctōꝝ. Et ī hymno dedicatiōis dicit̄. Om̄is illa deo sacra & dilecta ciuitas plena modulis in laude & canoro iubilo trinū deū vnūq̄ cū fauore p̄dicat. Erit etiam ibi cantus angelorū: sed nō corpaliter Sed vt dicit Criso. Cantus eorū est discursus vnius post aliud circa attributa & alias pfectiōes dei q̄ cū ītelligūt discurrēdo letanī & iubilāt i cognoscēdo: & affirmātes replicant ad vnūquodq̄. Sanctus: sctūs: sanctus. Odoratꝰ habebit obiectū suū. s. corpus xp̄i: de q̄ dicit̄. Can. i. In odore vnguentorū tuoꝝ. i. nō vnius simplicis aromatis: sed q̄si īmixtura omniū odorum. Ideo adolescētule. i. omnes creature electe. &c. Tactus habebit obiectū suū s. corpus xp̄i & carnes aliorum sanctorū. Gustus habebit obiectum suū: suauitatē corporū glorificatorū. psal. Gustate & videte. &c. Si autē nos loquamur de actuatione sensuū. s. si vere odorabunt vere comedent: vere tangēt. &c. Dicit̄ q̄ circa hoc quituplex est modus dicēdi. Primus est: q̄ in glorificatis corporibus sensus erūt suspensi ab omni actu ratione vehemētissime cōuersionis intellectus ad obiectū beatificū: quēadmodū accidit in vehementibus & pfundis contēplationibus: in q̄bus contingit taliter hoīem rapi: vt omnis sensus ita destitutus sit viribus q̄ etiam obiectis applicatis nō sentiunt. Si ergo hoc facere pōt cōtēplatio possibilis vie: videtur a fortiori q̄ similē suspensionē sensuū facere possit beatifica contemplatio: q̄ erit in patria. Nec videtur q̄re ibi sēsus a sensibilibus actuari oporteat: vbi intellectus omnium sensibiliū species & differentias clare cōspicit in verbo. Secundus modus dicendi est: q̄ sensus glori

ficati corporis nō erūt destituti virib⁹ modo superius di cto: imo erunt in eis actus lōge ꝙ̄ hic pfectiores. Aliq tñ sensus ꝗrum obiecta nō congruūt regioni celesti vt olfactus: gustus & tactus erunt ibi sine actuatione a ꝓ prijs suis obiectis. Et alij sensus quoꝝ obiecta statū ho minū taliter dispositorū decent aut illam regionē deco rant ibi actuabunt ab obiectis suis cōuenientissimis: vt visus in claritate luminis: & forte etiā auditus. Terti⁹ modus dicēdi est: ꝙ in regione illa celesti quomodocūqꝫ diuina dispositiōe sicut erunt realiter obiecta cōuenie tissima oīm sensuū vt dictum est. Ita etiā erunt actuatio nes omniū respectu obiecti cōuenientissimi: qa nō vi detur qd ꝓhibeat corpora glorificata esse diuersorū co lorum: & flagrare odoribus: & sonare vocibus suauissi mis. potest etiam corpus christi gloriosum obiectalē in fluxum obiectorum quicqꝫ sensuum supplere: ꝙ supplet ibi obiectum visus. iuxta illud Apo. xxi. Et ciuitas illa nō eget sole neqꝫ luna vt luceant in ea: nam claritas dei illuminabit eam: & lucerna eius est agnus. Quartus modus dicendi est: ꝙ quilibet sensuū erit cōueniētissi me actuatus non quidem ex influxibus obiectalibus obiectorum ꝓpriorū: sed diuina essentia tales influxus supplebit sicut fieri pōt: cū obiectaliter influere ptineat ad potentiam actiuam. Et p hoc videtur esse ꝙ finaliter hoībus glorificatis deus erit oīa in omnibus. Vnde btūs Aug⁹. xxij. de. ci. dei. c. vlti. dicit. Quid enim est aliud quod per ꝓphetam dicitur. Ero illorum deus nisi ego ero vnde satientur. Ego ero quecunqꝫ honeste deside rantur & vita & salus & virtus & copia & gloria: honor pax & omnia bona. Sic enī & illud intelligitur quod ait apostolus. Vt sit ipse omnia in omnibus. ipse enim erit finis omniū desideriū. Quintus modus dicendi est

predicabilis.s. ꝙ potentia visiua videbit nō per intelle-
ctum: vt nunc faciunt sancti: sed per actum videndi in
tramittendo & suscipiendo ab obiecto: vt dicit phūs in
de sensu & sensato. Et tunc adimplebitur illud Luce.
iij. Videbit omnis caro salutare dei. i. christum. Et ysa.
xxxiij. Regem in decore suo videbunt: & oculi eorum
cernent terram de longe. Vnde nec differentia situum
nec altitudo corporū vel montiū poterit impedire visi
onē oculorum sanctorum. Et Aug⁹. xxi. de ci. dei dicit
Durum est dicere ꝙ sancti talia tunc corpora habebunt
vt non possint oculos claudere & aperire cum vel int:
sed habebunt oculi illi corporei officium suū: vtetur-
q; illis spiritus per spirituale corpus. Sed videtur ꝙ ocli
gloriosi cum erunt lucidissimi actu non poterunt reci
pere species visibiles ab obiectis: & per consequens ibi
non erit actus videndi. Exemplū patet in speculo quod
directe ponitur sub radio solis. Speculū enim tunc non
recipit speciem corporis oppositi. Ad hoc respondet
sanctus Tho. in. iiij. di. xliiij. ꝙ intensio luminis nō im
pedit receptiuum speciei in pupilla dūmodo remaneat
natura diaphani: vt patet in aere: qui quanto plus illu
minatur: tanto magis videtur: nisi sit defectus ex parte
videntis. Quod autē in speculo non fiat species in radio
solis non accidit ex lumine: sed ex hoc ꝙ species in spe
culo fit per reflexionem: quod non contingit in pupilla
Reflexio autem non fit nisi in aere opaco. fortitudo
autem radij remouet opacitatem a speculo: & ideo
species nō resultat. Erit secūdo ibi actus proprius auriū
sensibiliter. Nam aures beatorum corporum non erūt
vt idolorum: sed audient voces & laudes reales domi-
ni. Ysaie. li. Gaudium & letitia inuenietur in ea gra-
tiarum actio & vox laudis. Et Psalmista. Exultationes

dei in faucib⁹ eoꝝ. Vbi dicit Aug⁹. Qꝫ corda & lingue nõ sufficient laudare deum. Et Tho. in. iiij. d. xliiij. dicit. ꝙ laus vocalis erit in patria. Erũt etiã ibi species cantus nõ solum decise ab obiecto: sed etiam alioꝝ aialium ꝑ species influxas a deo. Non enĩ erũt philomene & cetera aialia cantãtia: vt p̃sentialiter fluant voces & cant⁹ ab ore eorũ. Sed huius cantus erunt desup influxi. Nec erit falsum iudiciũ sanctorũ audientiũ sicut in freneticis: sed cognoscent desup sic verum esse. hoc mõ loqtur Canti. ij. Flores apparuerũt in terra nostra: vox turturis &c. Audient̃ etiam ibi risus: vt dicit Tho. q̃lib. x. scd̃m illud Iob. viij. Donec impleat̃ os tuũ risu. Erit tertio vsus & actus ꝓprius sensibilis odoratus nariũ: vt dicit Tho. in. iiij. d. xliiij. Cum ecclesia cantet: ꝙ odor suauissim⁹ erũt corpora sanctorũ. aliter enĩ essent vt idola. Et plus hic emitterẽt odorẽ ossa sanctorũ q̃ ibi corporum. Et ꝓbatur etiã ratiõe: nã si de cadauerib⁹ damnatorum corporũ ascendet fetor vt dicit̃ ysaie. xxxiiij. & Apoc. xiiij. vt dãnati puniant̃ in fetore: scd̃m illud psal. Ignis sulphur & spũs ꝓcellarum pars calicis eorum: ergo de corporibus sanctorũ ascendet odor vt sancti etiam p̃mientur in odore. Q̃d si arguat̃ ꝙ odor requirit mixturã calidi: frigidi: humidi & sicci: contrariorũ: q̃ vbi sunt: ibi necesse est esse corruptionẽ. Cum ergo corpa sanctorũ sint incorruptibilia. ergo. Ad hoc dicit̃ ꝙ dos ipassibilitatis donata sctis facit eos incorruptibiles: licet habeant veras carnes cõpactas ex humido & sicco: calido & frigido reductis ad ꝓportionẽ optimã: vnde & sunt corpa idonea vt sint odorifera & suauissima. Erit q̃rto actuatus gustus sanctoꝝ nõ in alimẽto: sed vt dicit Tho. in iiij. di. xliiij. quantũ ad saporũ iudiciũ. Vnde Iob. vi. dicit. Quis gustare poterit quod gustatũ afferet mortẽ. q̃d

quidē iudicium saporū erit (vt dicit Tho. vbi supra) p̄ immutationē lingue ab aliq̄ humiditate cōiuncta. Q̄d si contra arguat: q̄a si sic: seq̄retur ꝙ saliua esset premium essentiale ipsius gustus. Respōdet̄ dupliciter. Vno modo ꝙ gustus fiet in actu p̄ īmutationē spiritualem siue intentionalē absq̧ sumptione cibi & masticatione facta a corp̄e xp̄i: & corporib⁹ sanctorū mediāte sapore eis formaliter inherēte: que corp̄a si masticata fuissent ante glorificationem nata fuissent īmutare suo sapore ipsum gustū. Sc̄do dicit̄ ꝙ Tho. nō dicit ꝙ saliua īmutabit gustū sanctorum / assertiue: sed reliquit illud in dubio. de cui⁹ gustus actuatione / dicit Psal. Gustate & videte quoniā suauis. &c. Erit q̄rto actuatus sensus tactus: vnde Tho. dicit̄. Infer digitū tuum &c. Vnde dn̄s iesus dixit Marie magdalene volēti eum tangere. Noli me tangere / nō dum enī ascendi ad patrem meum: q̄si diceret: quādo ero ibi tangetis. Et ꝓbatur hoc ratiōibus. Primo q̄a ibi sensus tactus nō est idolorum. Sc̄do q̄a hic sensus nō erit ceteris sensib⁹ actuatis īferior. Tertio q̄a totum hominē oportet beatificari in xp̄o et felicitari: q̄d nō esset si deficeret a sua actuatiōe tactus: ergo om̄es quinq̧ sensus beatificabuntur. Visus dicet: Video bona domini in terra viuentiuw. Auditus: Audiam quid loquatur in me dominns deus. Odoratus: In odore vnguentorum tuorum currimus &c. Gustus: Gustate & videte quoniam suauis est dominus. Tactus: Leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabit̄ me. Quis autem istorum quinq̧ modorum erit quo verius vires & potētie inferiores beatificabuntur: mortalib⁹ non cōstat. ꝓpterea dicit Aug⁹. xxij. de ci. dei. ca. vlti. Temere inquit diffinire non audeo quod cogitare nō valeo. Sufficere tn̄ debet mortalibus hoc scire & credere ꝙ que

oculus non vidit. nec auris audiuit/nec in cor hominis ascendit: pparauit deus is qui diligūt eū. Sed forte sapienter dubitabit quisq ad huc circa actū odoratus & auditus. Nam primo sensus odoratus in actu suo esse nō potest nisi aliqua corruptione facta: qa odor non sentitur, sine aliqua fumali euaporatione que in quadam resolutione & corruptione consistit. post resurrectionē vero nichil corrūpetur: quia tota creatura vestietur quadam virtute incorruptionis: ergo sensus odoratus nō erit ibi in actu. Ad hoc respondet Tho. in. iiij. xliiij dicens. Quidam posuerunt φ odor nichil aliud est quā quedā fumalis euaporatio: sed hec positio nō pōt esse vera: quod patet ex hoc φ vultures currunt ex odore pcepto ad cadauer ex locis remotissimis: nec esset possibile φ euaporatio aliqua pertingeret a cadauere ad tam remota loca etiam si totum resolueretur in vaporem: & precipue cum sensibilia in equali distantia ad quamlibet partem imutent. Vnde odor quandoq imutat medium: quandoq & instrumentū spirituali imutatiōe sine aliqua immutatione pertingente ad organū. Sed φ aliqua euaporatio requiratur: hoc est: quia odor in corporibus est humiditate conspersus. vnde oportet resolutionem fieri ad hoc φ percipiatur. Sed in corporib⁹ gloriosis erit odor in vltima sua perfectione nullo modo per humidum suppressus/vnde imutabit spirituali immutatione: sicut odor fumalis euaporationis facit: & sensus odoratus in sanctis: quia nulla humiditate impedietur/ cognoscens nō solum excellentias odorum: sicut nunc in nobis nō contingit propter nimiam cerebri humiditatem: sed etiam nimias odorum differētias. Secundo dubitaī circa actum sensus auditus scilicet si in celo empyreo erit laus vocalis: & si formabuntur ibi

voces: & videtur q̄ nō. Nam omne corpus in quo for-
matur vox: & per quod fit motus: in medio oportet q̄
contineat aerem: & sit diuisibile per densitatem & ra-
ritatem. Sed si in celo empyreo erit laus vocalis: vt di-
cunt aliqui: & sancti inambulent p̄ illud: vt dicitur Sa-
pien. iij. Fulgebunt iusti & tanq̄ scintille in arundineto
discurrent: ergo erit ibi aer & condensatio & rarefactio
aeris. Sed vbicunq̄ est densitas & raritas, est generatio
& corruptio: cū sint quedam principia corruptionis &
generatiōis: ergo oportet dicere vel q̄ ibi nō sit vox lau
dis, nec mot⁹ p̄ mediū. Aut si dicat̄ q̄ sit ibi vox laudis
dicere oportebit q̄ ibi sit aer & cōdensatio & rarefactio
& p̄ consequens generatio & corruptio: & duo corp̄a
possint esse simul: que oīa repugnant excellentie corpo
ris celi empyrei. Ad hoc respondet Tho. ij. sniarꝝ. di. ij.
q. ij. ad quintū argumentū questiūcule secūde dicens: q̄
celum empyreū est locus angelorū: aīarum: & hoīm.
Angelrorū aūt & animarum exutarū cōstat q̄ nō erit in
celo empyreo laus vocalis. Sed vtrū hominū sit futura
laus vocalis post iudiciū? quidam dicunt q̄ nō: sed solū
mentalis que dignior est: quia nō erit ibi respiratio quā
requirit vox. ij. de aīa. Alij dicunt q̄ ibi erit vocalis laus
vt nichil in sanctis vacet a laude diuina neq̄ mens neq̄
lingua. Quomodo aūt esse possit ita dicunt q̄. s. in pul
mone & instrumētis vocalibus est aer naturalis cōplan
tatus: sicut aīalia habent etiā spiritū cōplantatū: & p̄ il-
lum aerē poterūt sancti voces formare. & hoc quātum
ad aliquid videt̄ esse cōueniens: quia ad formationē vo
cis nō est necessaria expulsio vel attractio aeris: vnde re
spirando vel expirando nō pōt aīal vocē formare. ij. de
aīa. sed quo ad aliquid videt̄ insufficiens: quia ad vocē
nō tantū exigit̄ aer interior: sed etiā exterior: cuius cō-

fractiōe & motu sonus deferaṫ. Propter hoc addendū est & dicendū ꝙ quedā sensibilia deferūtur ad sensum scd̄m esse spirituale tantū: sicut species colorū. Quedam autē cōtingunt organum scd̄m esse suū materiale sicut in gustu & tactu. Quedam vero deferunṫ vtroqꝫ modo: sicut species odorū cū permixtiōe fumalis euaporatiōis quādoqꝫ tn̄ species extenduntˀ vltra fumalē euaporationē. & similiṫ est de sono et motu: ibi tn̄ species soni defertur scd̄m esse spirituale tm̄: vnde nō oportebit esse motum in medio: aut fractionē aut cōdensationē. Vel pōt dici ꝙ erit etiam ibi confractio celi empyrei: nec hoc cedet in eius ignobilitatē: qa erit instrumētū motum a lingua glorificata: & materia vocis prolate in laudē diuinam nec ꝓpter hoc sequitur ꝙ sit generabile & corruptibile: quia raritas & densitas sūt equiuoce dicta in illo corpore & in illis corporibus: sicut etiā ponūt astrologi inter duas speras q̄ nō possunt scindi: esse aliquod spatium repletum corpore diuisibili: cum in illo spacio sit motus planetarū scd̄m motum epicicli. Item ꝑ miraculum fieri potest ꝙ duo corpora sint in eodē loco: qd̄ oportet esse ad minus dum corpus gloriosum supra celum empyreum transferetur mediante celesti corpore quod nō scinditur. Quid autem de his verum sit incertum est quia nec fide determinatur: nec ꝓbatur ratione. Ex Thoma & Henrico de Assia elicitur.

Ona questiūcula est: Quid n & quot sunt aureole q̄si parafernales martyrū cōfessorū: & virginū in celo empyreo. Ad quā respōdeṫ: ꝙ aureola est quoddā gaudiū accidētale q̄ beati gaudēt de bonis operibus a se factis: q̄ ꝑ victoriā acq̄sierūt. Nam victoribus corona daṫ. Circa quā aureolā

quatuor declarabuntur. s. essentia sufficientia: eminentia: correspondentia. Primū est essentia: nam dictum est q aureola est gaudium quoddam accidentale. Pro quo sciendum est q in beatis est duplex gaudium. s. essentiale & accidentale. Primū eni premiū vel gaudiū beatorum est essentiale: quod consistit in perfecta coniunctione anime ad deum per visionem & fruitionem dei inquantum anima pfecte coniungitur deo: vidēdo: amando eū & fruendo: & hoc premiū similitudinarie corona aurea nominatur triplici ratione. Primo signi quia corona est ꝓprium signum regie dignitatis. Sed per istud premium essentiale quod in dei visione consistit quodāmodo efficitur homo particeps diuinitatis & per consequens regie dignitatis: vt dicitur Apo. v. Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. Secundo hoc premiū essentiale vocatur corona ratione circuli. Nam figura circularis est perfectissima eo q nichil sibi addi potest quin sit ea minus: & significat premium & gaudium essentiale beatorū: cui nullum premium addi potest quin sit eo minus: quod patet quia nichil est maius visione dei. Tertio premium essentiale vocatur aurea ratione materiei siue nūmi: qa sicut auro nullū metallum est preciosius: ita visione dei: que est premiū essentiale sanctorum: nullum aliud premium est maius & nobilius. Qđ autē aurum sit inter metalla preciosius patet ex valore & raritate. patet etiā quia nulla egritudo apparet in eo: neutra eni pars eius est intemperata aut imperfecta: vt dicit Hermes egyptius. Omnia eni metalla fiunt ex sulphure quasi ex parte & substantia seminis paterni: & ex argento viuo quasi ex matre & mēstruo: quod menstruū coagulatur in substantiā embrionis virtute sulphuris digerentis ipsum & adurentis.

que duo.s.sulphur & argentũ viuũ in auro sunt magis lucida & purificata per loturas fortissimas ita ꝙ nichil vnctuositatis cremabilis nec humiditatis aquee flegmatice potest amplius euaporari: vt patet in anulo aureo circũdante digitũ nõ tingẽte: ñ sic in anulo argẽteo vl' aliorũ metallorũ; q̃ plus & minus tingũt corpa cõtigua: vt dicit albertus in.iiij.mineraliũ.c.vij.Secũdũ p̄miũ vl' secundũ gaudiũ beatorũ in patria additũ p̄mio essentiali ipsorũ.i.visioni diuine est accidẽtale: & vocat' aureola diminutiue: qa quasi minimũ est hoc p̄miũ accidentale respectu p̄mij essentialis visionis diuine. De q̄bus coronis aureis & aureolis tanq̄ de primio essentuali & accidentali dicit' Exo.xxv. Archam de lignis sethim (q̃ sũt imputribilia: vt dicit Iosephus) cõpingite & deaurabis eas auro mũdissimo intus & foris: qđ significat p̄miũ essẽtiale. Faciesq̄ alterã coronam aureolã p circuitũ qđ significat p̄miũ accidentale. De prima corona dicit' Ecci xlv. Corona aurea sup̄ caput eius expressa signo sanctitatis. De scđo cãtat ecclesia. Filie ierusalẽ venite & videte martyrẽ cũ corona.s.victorie ꝓ q̃ datur in die solẽnitatis & letitie. Secũdo circa aureolam videnda est eius sufficiẽtia.s.numeralis. Nam tres ponũtur esse aureole.s. virginũ martyrũ: & doctorũ siue p̄dicatorũ. Probatur: Nam corona dat' ꝓ victoria: q̃ cũ quadã pugna agitur: nam nõ coronabitur nisi q legittime certauerit.ij.Thi.ij. Sed triplex est genus sanctorũ q in mundo viriliter pugnarũt & vicerũt.s.virgines: martyres & p̄dicatores ergo triplex erit corona aureola q̃ dabitur sanctis ꝓ victorijs & de hoste triũphis. Prima aureola debet' virginibus de bonis operibus a se factis ratione virginitatis Cuius ratio est: qa corona victoribus datur vt patet sup̄ ḡ vbi ẽ specialis ratio victorie ibi debet' specialis aureola

Sed per virginitatē aliq̄s vel aliqua obtinet singularē & specialem victoriam de carne contra quam bellū gerit: vt patet Gal. v. Spiritus concupiscit aduersus carnē & ecōuerso: ergo virginitati speciale gaudiū accidentale debetur & datur q̄d aureola nominatur. Ad cuius euidentiā est sciendū q̄ illis tm̄ virginibus debet aureola q̄ ppositū habuerūt virginitatem perpetuo conseruandi: siue hoc ppositū fuerit voto firmatū, siue non: quod qdem ppositū q̄uis aliq̄n fuerit interruptum: integritate tm̄ carnis manente dūmodo in fine vite istud ppositū inueniatur: debetur aureola. Cuius ratio est: q̄a licet virginitas carnis reparari non possit. tm̄ virginitas vel corruptio mentis per penitentiam reparatur & ad plenū restituitur: & ideo si mens finaliter remanet incorrupta habebit aureolā. Non enī ē dubiū quin tales de corporis incorruptione gaudebūt. Si autē corruptionē mentis sequatur corruptio carnis pcurata aliquo instrumēto vel alio modo: talis amittit aureolā: & debet humiliter & verecunde a cōsecratione abstinere: nō tamē repellitur a cōsecratione: quia ecclesia iudicat solū scd̄m ea que apparent in foro exteriori. Si uero p violentias amisit integritatem carnis: nō pdit aureolam. Nam n̄ corrūpitur corpus: nisi fuerit corruptus animus. Vnde beata Lucia dixit. Si me inuitā violari feceris: castitas michi duplicabitur ad coronā. non q̄ duas aureolas habeat: sed quia duplex premium reportabit. Vnum pro virginitate custodita: aliud p iniuria quā est passa: imo si violēter aliqua oppressa cōcipiat: ex hoc tm̄ meritum virginitatis nō perdit: nec aureolam. Sed dicet aliq̄s: si aureola debetur victorie de pugna: vbi nulla est pugna vl̄ victoria, ibi nec aureola. Sed virgo Maria nō habuit pugnā carnis: ergo nec aureolā q̄d falsū ē. Respondet

Caput Tertium

ꝙ virgo maria habet aureolã ꝓ premio virginitatis: & licet nõ habuerit pugnã carnis ab intra: habuit tñ tentationẽ que est ab hoste: qui nec ipsũ xp̄m reueritus est tẽtare. Secũda aureola debet̃ martyribꝰ. Cuius ratio est: qa speciali victorie debetur aureola specialis: vt patet supra sed martyr de tyranno habet victoriã specialẽ ergo. Ad cuius euidentiã sciendũ ꝙ duplici ratione aliqua victoria dicit̃ magna. Primo ratione pene mortis que est vltimũ terribiliũ. iij Ethi. Secundo ratiõe cause honestissime que causa est xp̄s. & hec duo in martyrio considerãtur: & p̄cipue causa: quia martyrẽ nõ facit pena sed causa. ꝓpter qđ ille qui ꝓ fidei cõfessione moritur siue de fide a persecutore interrogetur siue nõ: & moritur aureolã obtinebit. Similiter si qs. R.p. ab hostium ĩpugnatione defendit: q xp̄i fidẽ corrũpere moliuntur: & in tali defensiõe moriatur aureolã habebit. Similiter si qs mortale vulnꝰ ꝓ xp̄o accipiat: & aliquãto tp̄e superuiuat martyr ẽ: & aureolã nõ ꝑdit. vt patet de beata Cecilia. Si aũt mortale vulnus nõ accipiat: & tñ exinde postea moriatur: nõ tñ neglıgẽtia sua in curãdo: aureolam habet. Si etiã vulnera nõ mortalia susceperit: & post hoc carcerẽ substinẽs moriat̃: martyr est: & aureolam meretur: vt beatus Marcellus. Si aũt afflictio ꝓpter xp̄m vsq; ad mortem continuata nõ fuerit: nõ erit martyr: vt patet de beato Siluestro multas ꝓ xp̄o penas passo: qui tamen in pace vitam finiuit: nec martyr fuit nec aureolam meruit. Tertia aureola debetur doctoribꝰ vel predicatoribus: illis. s. q ea solũ predicant & docent que ad salutẽ ꝑtinent animarũ. Cuius ratio est: quia victorie speciali specialis aureola debet̃: & ideo sicut per virginitatem & martyriũ aliquis de carne & mundo specialem victoriam habet: & ꝑ cõsequens aureolã specia-

lem. Ita etiã. qñ aliquis nõ solum a corde suo: sed etiã a cordibus aliorũ diabolum p errorẽ in pugnantẽ repellit aureolam meret. Cuius ratio est: quia talibus salutaribus documẽtis diabolũ velut quibusdã spiritualibus armis expugnat: de quibus dicit. ij. Corinth. x. Arma militie nostre nõ sunt carnalia: sed spũalia. Prelatis aũt quibus competit ex officio docere vel predicare aureola nõ debet nisi actu predicẽt. Ratio est: qa corona nõ debet pugne & victorie habituali: sed actuali. scdm illud. ij. Thi. ij. Non coronabit nisi q legitime certauerit: Et iõ quibuscũq legitime exercentibus actum istũ. s. docendi vel pdicãdi debet aureola. Tertio circa aureolã aduerti debet preeminẽtia dignitatis: que ex tribus ptibus põt cõsiderari. s. ex pte pugne: permanẽtie: & materie. Primo modo aureola illa est potior q̃ fortiori pugne debet: hoc modo aureola martyrum alijs aureolis supeminet: quia ibi est difficilior pugna. Secũdo modo potest cõsiderari aureola ex pte p manentie: & sic aureola virginum alijs aureolis supeminet: quia pugna carnis periculosior ẽ in quantũ est diuturnior & magis nobis eminente vicino. Tertio põt aureola cõsiderari ex parte materie de qua est pugna: & sic aureola doctorũ & predicatorũ inter oẽs est potior. Cuius ratio est: qa pugna doctorũ vel predicatorũ versatur circa bona intelligibilia. Alie vere pugne. s. virginum & martyrũ versant circa passiões. Quãuis autẽ vna aureola sit scdm qd. maior altera. simpliciter tamẽ loquẽdo, aureola martyrũ iter omnes est potior. qd pbatur ratione: auctoritate: & obseruatiõe. Ratiõe sic. Vbi pugna est difficilior: & victoria maior: ibi aureola potior: sed pugna & victoria martyrũ est huiusmodi: vt patet supra. ergo. Secundo pbat auctoritate Mat. v. Beati qui psecutionẽ paciunt pter

iustitiā &c. Dicit glo: ꝙ oēs alie beatitudines ꝑficiunt in ista. Tertio ꝓbat observatione ecclesie: nam ecclesia in cōmemoratione sanctorū preponit martyres videlicet doctoribus et virginibus ad ostendendū preeminentiam martyrū respectu doctorum & virginū. Hec om̄ia Tho. in. iiij. di. xlix. arti. v. Quarto circa aureolam considerandа est correspondentia. i. cui parti dotiū aureole correspondet. Respondetur ꝙ parafernalibus. Parafernalia autem sunt que mulier habet extra vel vltra dotem a parentibus & amicis. C. de pactis conuentis tam sup dote. l. hac lege. & ff. de iure dotiū. l. Si ego. §. dotis & glo. in. c. ex litteris. de pignoribus. In quib⁹ bonis parafernalibus maritus non habet aliqđ ius ministrandi muliere contradicente, nisi illa bona tradiderit marito vt. l. fi. C. de dotis promissione. quo casu maritus habet ad ministrationē: & de fructibus pōt cum vxore viuere: vt dicit textus & ibi Bartholus. Et hec sunt satis de primo receptaculo animarū separatarum. s. celo empyreo.

Tertia questio sub hoc tertio capite prime decadis est de secūdo receptaculo aiarum separatarū. s. de īferno: sub q̄ tresdeci questiuncule soluent: q̄rum q̄libet īfra suo ordine declarabit.

Prima questiuncula est: Si infernus post mortē repenat scđm veritatē an sit in fictiōe ad terrendū laicos: & temporalia bona ab eis extorquendū. Ad quā questiunculā videt primo respondendū negatiue argumētis Platonis & Origenis: & primo argumētis Platonis vt adducit Aug⁹ xxi. de ci. dei. c. xiij. sic. Omnis pena diuina vel legalis adhibet ratione emendatiōis: aut ꝓfectus ad virtutem. Sed post transitum huius seculi demones & dānatos ex

contemplatione pene eterne peccatorum nō penitebit nec peccare cessabūt: & beati de cōmuni lege quacūq occasione data nō poterunt melius in bono ꝓficere ergo post hanc vitam nō est ponendus infernus: nec pene eterne illius. Maior patet ꝑ psalmistā dicentē. Cum occideret eos querebant eum & reuertebant & diluculo veniebant ad eum. Et iterū. Imple facies eorū ignominia & querent nomen tuū dn̄e. Et Isidorus dicit. v. Ethimologiarū. & ponitur. iiij. di. c. causa constitutiōis legū est humanā coercere audaciā & nocendi facultatē refrenare. & in glo. ff. de iustitia & iure. l. Iustitia. Oderūt peccare boni virtutis amore. Oderūt peccare mali formidine pene. Minor ꝓbatur per Grego. iiij. dialogorū. c. xxxvij. & ponitur in. c. qualis. xxv. di. dicens. Qualis hinc quisq egreditur talis in iudicio finali presentatur. Quod dictum oportet intelligi de egredientibus aīabus in statu damnationis vel saluationis: ita videlicet ꝙ mortalis culpa hic ꝑ penitentiam aut baptismate nō deleta cū tali culpa defertur ad iudiciū: nunq post deletura neq remissura. Et Eccl̄s. x. dicitur. Si ceciderit lignū ad austrum aut ad aquilonē: in quocunq loco ceciderit: ibi. s. semper erit. Lignum est homo. Aquilo infernum designat: & celū austrū. Et Eccl̄s. ix. dicitur. Quodcunq facere pōt man⁹ tua instāter operare: q̄a nec op⁹ nec ratio nec scientia erit apud inferos quo tu properas Et ꝙ etiam beati in merito nō possint proficere patet: quia meritum ꝑtinet ad statum vite presentis. Vnde Paulus dicebat. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Et ysaias. Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tui. Item secundo arguit Plato sic. Quidam phōꝝ & poetarum finxerunt deorsum esse infernū locū turbissimū. omni genere pe

narū & miseriarū plenū: ibiq; descensuras pditoꝝ aīas sine fine puniendas. Finxeruntq; iras & beneficentias deorū: & dearū: nō q̄d sic verum esse animo crederēt cū tenerent nichil de penis post mortem futurū esse malis sed hoc fingebant ꝓpter tyrannorū timorē. s. vt princi- pes tyranni timerentur a subditis: vt dicit Aug⁹. vi. de ci. dei. Item. iij. de ci. dei. dicit Aug⁹. Q, antiquit⁹ presidē tes in ciuitatibus finxerūt multa falsa de diis & locis pe nalibus: existimātes illa esse vtilia si credanť a populo ad retrahendū ipsum a vicijs & vocandū ad virtutes. Pro hac opinione loquebať Satius in thebayde dicens.

Primus in orbe deus fecit timor. Et Cicero pri- mo libro. de natura deorū dicit. Quidā totā de dijs im- mortalibus opinionē factā esse dixerunt ab hominibus sapientibus. R. p. causa vt quos ratio nō posset: eos ad officiū religio duceret. et Ci. li. iij. inuectiuarū in Catel linam inquit. Itaq; vt aliq̄ inuita formido ip̄robis esset posita: apud inferos quedam illi antiqui supplicia im- pijs constituta esse voluerūt. Idem ponit Seneca trage- dia sexta. metro quinto. Et platonici vt dicit Aug⁹. vbi supra. dicere soliti erant vtile esse in ciuitatibus vt viri fortes: & si falsum sit: ex dijs genitos se esse crederēt: vt audacius res magnas diuine stirpis fidētia aggrederēť Secundo arguit ꝓ hac pte exitialiter & venenose Ori genes: q vult omnes damnatos & etiam demones in fi- ne mundi p diuinam misericordiam saluari: & per cō- sequens infernū nō reperiri saltē post iudicium vniuer- sale. & primo sic. Sapie. xi. dicit. Misereris omniū dn̄e & nichil odisti eorū que fecisti: sed inter omnia cōnu- merantur etiam damnati: & demones: ergo & illorum in fine mundi miserebitur deus. Et Gen̄. vi. dicit. Non ꝑmanebit spiritus me⁹ in hoie in eternū: quia caro est:

sed spiritus dei: vt ibidem glo. dicit: accipitur ꝑ indigna
tione. Indignatio autē dei & pena quā infligit videntur
idem esse: ergo si spiritus nō permanebit. i. indignatio
dei in homine in eternū: ergo nec pena similiter. Item
xxxv. Psal. dicit. Homines & iumenta saluabis dn̄e. se-
cundum Origenē homines. i. rationales. & iumenta. i.
demones. Et iterum: nūquid in ira sua cōtinebit mise-
ricordias suas: q̄si dicat nō. Ira aūt dei est punitio eius.
Et Anselmꝰ libro cur deus hō. ait. Non ē iustū vt deus
creaturā rationalē quā ad beatitudinē fecit oīno perire
sinat. sed inter rationalē creaturā sunt etiā dānati: ergo il
los in eternū ꝑire nō sinet. Itē deus vult oēs hoīes saluos
fieri: vt dicit Paulus. i. thi. ij. Sed volūtas dei est tā effi-
cax vt necesse sit oīno ipleri: & ei nemo aliquo mō re-
sistere pōt: nāq; quecūq; voluit: fecit ī celo & in terra: vt
dicit Psal. ergo oēs hoīes etiā dānati saltē post iudiciū sal
uabunt̄: & ꝑ cōsequēs nō erit infernus post iudiciū. S;
qm̄ hāc Platonis & Origenis erroneā opinionē q̄dam
carnales hoīes bonis huius scl'i īebriati: vt licentius: glo
riosius & voluptuosius viuere possint sequunt̄. Idcirco
ꝓbabo breuiter quiq; rōnibus: & auctoritatibus: & exē
plis: esse infernū ante & post iudiciū. Et primo rōne di
uine ꝑfectiōis. Nam deo cōpetit misericordia & iusti
tia. Omnes enī vie dn̄i misericordia & veritas: inq̄t psal.
& alibi. Potestas tibi dn̄e ē & misc̄dia. & reddes vnicui
q; scd̄m opa sua. Si enī esset iustꝰ sine misc̄dia esset cru-
delis. & si misericors sine iustitia: esset insipiēs: vt ī. c. di-
sciplina. xlv. d. ꝓpterea dicit Tho. i. par. q. xxi. ꝑ totum
q̄ in oī ope misericordia & iustitia dei reperit̄. Miseri-
cordia siq̄dem quantū ad primā radicē: vt puta creatio-
ni in oībus: & in hoīe creatio illius: & finis beatitudinis
eius: q̄ ex sola bonitate diuīe volūtatis dependet. Iusti-

tia distributiua vero i quantū reddit vnicuiqꝫ scḋm eo-
rū naturā: dignitatem: & merita: in hoc mūdo vl' in fu-
turo: ꝓpterea dicit Dio⁹. viij. c. de di. noib⁹. Oportet vi-
dere in hoc verā dei esse iustitiā ꝙ oibus tribuit ꝓpria
scḋm vniuscuiusqꝫ existētiū dignitatē: & vniuscuiusqꝫ
naturam in ꝓprio saluat ordine & virtute. Ergo sicut ex
misericordia eternaliter bonos remunerabit in celo: ita
ex iustitia malos ꝑpetuo dānabit in inferno. Secundo
ꝓbatur rōne oppositorū cōditionis. Nam cū in natura
reperit' vnū oppositorū siue contrariorū: inuenitur &
reliquū. xi. metha. & . ij. de celo. (n. si tamē vnū esset infi-
nitū) Sed reperitur locus scḋm phōs: vbi est absentia oīs
cōtrarietatis: & ꝑsentia totius pulchritudinis: diapha-
nitatis: luminositatis: vt patet de nouē celis mobilibus
ab oī cōtrarietate semotis. primo celi. ad quos ascendūt
aīe bonoꝝ ad cōpares stellas de mēte Platonis: siue secū-
dum grecos & valdenses reperit' locus & aliqua regio in
superficie terre temperatissima: oibus delectationibus
gratissima: omni terra excelsior: sita in oriēte & dextra
parte celi q̄ nobilior est sinistra. ij. de celo. qui dicit' pa-
radisus terrestris: siue ortus delitiarū: siue paradisus vo-
luptatis. Gen̄. i. ad quem locū vsqꝫ ad diem iudicij ascē-
dunt aīe nō plene purgate: scḋm grecos & Valdenses.
Siue reperitur locus scḋm theologos christianos inco-
gitabilis pulchritudinis: & indicibilis dispositiōis in glo-
ria: vbi omne bonū sine oī malo: vbi lumē indeficiēs &
pax dei que exuperat omnē sensum: qui est celum em-
pyreū circūstans īmediate omnes nouē celos mobiles:
in q̄ loco sanctorū aīe requiescūt: & sempiterno euo &
diuinitate fruunt'. Ergo ex opposito reperibilis ē & esse
debet aliqs loc⁹: vel aliq̄ regio subterranea i cētro circū-
dans mediū mundi sūme deorsum: q̄ regio quodā ignę

est plena: & naturaliter tenebrosa: oī influxu celestis luminis priuata: ex eo q̄ elementū terre hāc regionē circūstans/est simpliciter opacū: carēs penitus diaphanitate: sine q̄ lumē nusq̄ diffundi pōt vl' penetrare. In q̄ regione est oē malū sine oī bono: & oia cōtraria eorū q̄ sunt in corpibus celestibus siue in paradiso terrestri: siue in celo empyreo vbi dānati in scl'm scl'i cruciabunt. Tertio pbat ratione honeste eq̄tatis. Nam scd̄m canonistas & legistas in dubijs semitā debem⁹ eligere tutiorē. Extra de homicidio. c. ad audientiā. & extra de clerico excōicato ministrāte. c. illud dicit/q̄ i dubijs via tutior ē eligēda & extra de sponsalibus. c. iuuenis. dicit in his que dubia sunt q̄d certius existimamus tenere debemus. & de penitētijs. d. vij. dicit Aug⁹. in. c. nemo. §. si q̄s aūt. Tene certū & dimitte icertū. Vnde Cicero primo officiorꝫ ait Bene p̄cipiūt q̄ vetant quicq̄ agere q̄d dubites equū sit an iniquū. Et iurisconsult⁹ dicit in. l. semp. ff. de regulis iuris. Semp in dubio benigniora p̄ferenda sunt. Idē in. l. in ambiguis eo. ti. Cum ergo benignius sit & honestius & rationi magis consonū credere: q̄ mali qui hic absq̄ timore mala perpetrāt: nō castigati in hoc seculo: alibi puniant post mortē i inferno: q̄ q̄ semp hic gaudētes in iniq̄tate reportent de malis trāsactis cōdignū p talibus: & virtute post mortē ditent' gaudii semp in vita iniquitate: vt dicit de pe. di. vij. nullus. ergo omnino p talibus ponendus est infernus post mortē. Argueret enim aliter ex continuo hic malis nec hic nec alibi post mortem punitis deum esse iniustū: imitē: improuidū: & partialem: quod esset imitius: inbenignius & itutior semita ad credendū. Quarto pbatur ratione diuine cōminationis. Nam deus & xp̄s & sancti minant infernū malefacientibus post mortem. scd̄m illud Mat. xxv. Ibunt

hi in suppliciū eternum. Iusti aūt in vitā eternā. & Iob. xxi. Tenent timpanū & cytherā & gaudent ad sonitus organi ducunt in bonis dies suos: & ī puncto ad inferna descēdunt. Sed si dicas ꝙ infernū minatus est xp̄s vt terreat malos & ad bonū cōuertat: non vt penas īferat. Audi. Grego. iiij. dialo. c. xxxvi. Quid si qs dicat: ideirco eternā penam peccantibus minatus est xp̄s vt eos a peccatorum perpetratione cōpesceret. Respondet: ꝙ si falsum est quod deus minatus ē: vt ab iniustitia corrigeret etiā falsa pollicitus est vt ad iustitiā ꝓuocaret. Sed qs hoc etiā insanus dicere p̄sumat: qa si deus minatus est quod nō erat īpleturus: tunc cū asserere ip̄m misericordem volumus: eū fallacē esse (quod nephas est) p̄dicare cōpellimur. Hec. Grego. & Hiero. ad Pāmachium & oceanum ꝓpi hoc sic scribit. An putamus fratres ꝙ iocando ꝓphete p̄dicent: ridēdo loquātur apl'i: xp̄s iudicium infantiliter cōminet. Sed ioci non sūt vbi supplicia intercidunt. Si iocando passi sunt: credantur: & iocando locuti. Isaias serra secatur. Daniel leonibus deputatur. Paulus truncat̄ gladio. Petrus in cruce: dn̄i exemplo suspenditur. Et hoc totum vt nos a peccatis sua doctrina reuocarent. hec ille. Quinta ratio est: rōne vniuersalis mundi conditiōis. Nulla eni cōmmūitas p̄ticularis; nulla dn̄atio tēporalis sine aliq̄ iustitie loco est: eo ꝙ iustitia maxīe perfectionis ē. Nam ait deus Deu t̄. xviij. Maleficos non sinas viuere super terrā: ergo & in toto mundi regno de q̄ nemo alius nisi deus dn̄s est (qa dn̄i est terra & plenitudo eius) debet assignari aliqs locus tormentorū vbi diuina iustitia in reprobos ostendatur: & hic locus dicit̄ infernus. Secundo ꝓbatur existentia inferni auctoritatibus: & primo sacre scripture Gen̄. xxxvij. dixit Iacob. ad rubē: visa tunica filij Ioseph sanguie

tincta. Descendā ad filium meū lugens in īfernū. & Numeri. xvi. Dathan & abiron descenderēt in īfernum viuētes. & Virgi. in sexto. Facilis descēsus auerni. Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Sed reuocare gradū superasq; euadere ad auras. Hoc opus hic labor est. Et ibidem idē. En qsq; suos patimur manes &c. & Iuuenalis li. i. saty. ij. dicit esse aliquos manes &c. Et Sene. i. tragedia dicit. Quisq; est placide zc. Vide ante in q̄stione de aīarum īmortalitate. Et Ouidi⁹. 4. metham. Est via decliuis funesta nubila saxo. Ducit ad infernas per inuita silentia sedes. & infra. Mille capax aditus & apertas vbiq; portas vrbs habet. Et Lactantius sexto institutionum de inferis dicit. Zeno stoicus docuit & sedes piorum ab ipsis esse discretas: & illos qdem quietas ac delectabiles incolore regiones: hos vero penas luere in tenebrosis locis: atq; in ceni voraginibus horrēdis. Tertio ꝓbatur existentia inferni exemplis. & primo illius tyranni impatoris Trayani qui vt ferī: ad preces beati Gregorij de iferno ereptus & ad p̄sentis vite statum reductus penitentiā egit: vt dicit̄ in. iiij. dialogorum. c. xxvij. Ex q̄ exēplo tria correlaria sequunt̄. Primū ꝙ nichil ꝓhibet aliquem ante resurrectionē generalem aliq̄ de causa deo nota ad vitā hanc resuscitandum: fuisse mortuū in peccato mortali: de q̄ resuscitat⁹ penitētiā acturus erat. Secūdum quod sequitur est: ꝙ nō valet dicere. Iste moritur in peccato mortali. igit̄ dānabitur. sed bene sic seq̄tur. Iste in peccato mortali moritur: & ad vitam p̄sentē iterum nō resurget: igitur illud peccatū nō remittet̄: sed dānabit̄. Tertiū quod seq̄tur ē: ꝙ oēs auctoritates q̄ dicunt ꝙ in inferno nulla est redēptio. vel in inferno nullus amplius confitebit̄ deo. Intelliguntur de morte finali illorū q amplius ad p̄sentis vite statū post generalem

resurrectionē nō resurgēt. Secūdo idem patet exemplo illius de cuius sepulchro oibus vidētibus flāma exiuit. & exemplo illius de cui⁹ sepulchro damatū est: ardeo: ardeo: vt Greg⁹ veridice refert in. iiij. dialogoꝝ. ca. iiij. Probant etiā infernū esse stridor humanis vlulatus & gemitus ceteraqꝫ mestitie signa: que ponit Statius libro secundo thebaydos de habitantibus in acchya: vbi est mons altissim⁹ a deo vt neqꝫ vēti/neqꝫ pluuie ibi aliqd possint: vbi talia etiā qnqꝫ audiunt. Et greg⁹. iiij. dialogorū adducit montē ethne in Sicilia vbi crebro audiūt penarū voces. Et etiā infernū ꝓbatur ex multiplici reductione animarū ad corpa vt manifestarēt penas & alia que fieri viderūt apud inferos: sicut veridice refert beatus Greg⁹. libro. iiij. dialogoꝝ. c. xxviij. vbi in pricipio dicit. Superna pietas ex magna misericordie sue dignitate disposuit: vt nōnulli etiam post exitum repente ad corpus redeant. & tormenta inferni que audita nō crediderant: saltē visa ꝑtimescant: vt patet de Lazaro qui nunqꝫ risit resuscitatus: qui & ita se post castigauit ieiunijs: vigilijs & laboribus vt se vidisse tormēta apud inferos etiā si lingua taceret: cōuersatio loqueret̄. hec ille.

Nunc ad tria argumenta Platonis in fronte huius q̄stiūcule facta respondet̄. Et ad primū dicit̄: ꝙ erroneū est dicere cū philosophis ꝙ frustra erūt pene eterne: cū ꝓfectus penarū esse desinat: & ideo finiende. Sicut forte sequit̄: frustra sunt medicine: & ideo finem habiture quia egri curari nō possunt: & sani nō possunt infirmari. Quia scđm irrefragabilē catholicorū religionis veritatem: pene damnatorū in eternū erūt ꝓpter tria: videlicet ad iustitie dei declarationem: ad vniuersi decorem ꝑ bonorū & malorū comparationē: & ꝓpter beatorū letificationē vindictā videntiū iustissime fieri in eos qui

se in hac vita iniuste glorificauerūt. iuxta illud. Letabitur iustus cū viderit vindictā: manus suas lauabit i sanguine peccatoris. Ad secundū autē & tertiū dicendū: ꝙ philosophi & poete qui finxerūt infernū esse ꝓpter R. p. vtilitatem: nō credentes de facto esse infernū: meruerunt nō sapientes: sed insipientes dici. Tū primo: quia huiusmodi penarū fictiones scđm fidem sunt illicite sicut sunt in dubie. Tum secūdo: qa etiā scđm rationē naturalē veritas q̄ est virtus nobilis ꝑtinens ad intellectū & ad regulandū affectū nō est ꝓ qualicūq; cōmodo abicienda cū bonū honestū sit preferendū bono vtili: sed ꝑ fictionē illā vtilē R. p. & virtus & veritas & bonū honestū abiciebat̄: ergo nō erat licitū fingere zc. Nec est via dei aut ꝓcessus ratiōis: vt hoīes simplices reuocent̄ a peccatis: & ꝓuocent̄ ad virtutes ꝑ deceptiones vel errores: vel fictas fabulas: vt faciūt poete. Nam q̄ talib⁹ medijs vsi sunt nō ꝓfuerūt hoībus: nec. R. p. sed maxīe nocuerūt sicut exitus ꝓbauit: quia exinde successu tempis execrabiles errores radicati & firmati fuerūt in populo gentili: q̄ post xp̄o veniēte cum magna difficultate vix extirpari potuerūt. Media aūt cōgrua retrahēdi hoīes a vitijs: & ad virtutes ꝓuocandi sunt vere eruditiones: apte increpatiōes: deuote exhortatiōes: ꝓmissiōes bonorū: cōminationes penarū tā p̄ntis q̄ futuri seculi: nō quidem fictarū: sed oī ambiguitate remota verissimaꝝ: quibus medijs qui vere vtit̄: sapiens merito dici pōt. Ad ꝓphanā preterea & hereticā opinionē in hoc Origenis dicit̄ primo: ꝙ demones nunq̄ saluabunt̄. Nam vt dicit Damasce. Hoc est angelis casus: quod hoībus mors. Sed hoīes post mortē si i peccato mortali moriant̄: eorū nulla est redēptio ex inferno. Ergo & angeli post casum facti sunt similiter irrecuperabiles: propterea dicebatur,

Mat.xxv.Ite maledicti in ignē eternū q̄ paratus est dia bolo & angelis eius.Et Apo.xx.dicit.Diabolus q̄ sedu cebat eos missus est in stagnū ignis & sulphuris vbi & bestia & pseudo pphete cruciabūtur die ac nocte in scl'a seculorū.Sed p hoc scl'a seculorꝫ in scriptura solet eterni tas designari:ergo.Q̄d etiā mali hoīes in hoc mundo et postea dānati nunq̄ saluabunt̄:patet ratiōe. Nam si in fine oēs saluarent̄:sequeretur q̄ oēs possent ad libitū offendere deum:et in mūdo gaudere:et postea vellet vel nollet deus saluaret eos:et sic de dilitijs ad delitias trāsirent:p̄sentib⁹ et futuris bonis fruerētur:hic ventrē plenū et ibi mentē haberent:in vtroq̄ seculo essent pri mi et sic postremo in terra et in celo apparerēt glorio si q̄d est ipossibile:vt dicit Hieronymus ad Iulianum. Ad auctoritates vero extorte et infideliter ab eo pro sua falsa opinione adductas respōdetur:et primo ad primā dicit̄:q̄ illa distributio omniū debet accipi vt sit acco modata scd̄m hunc sensum.s. omniū eorū quos dignos misereri diuina iustitia noscet. Damnati autē post mor tem:& demones post casū sunt irrecuperabiles. Vel di catur q̄ distributio illa intelligitur p generibus singu lorum:& nō pro singulis generū:vt declarabitur ad vl timū.Et ad illud Gen̄.xi.dicitur:q̄ intelligitur de ho mine scd̄m genus suum vnde indignatio fuit ablata per christi passionē. Et ad illud psal.nunq̄d obliuiscet̄ mi sereri de⁹ aut cōtinebit in ira sua misericordias suas/di citur q̄ intelligit̄ de his qui sunt vasa misericordie: q̄a ipsi nō p meritis suis:sed deo miserāte de miseria liberāt̄ Ad auctoritatē vero Anselmi dicit̄:q̄ itelligatur de na tura rationali absolute & simpliciter vt sit sensus:de na tura angelorꝫ & de natura hoīm vniuersaliter nō est iu stū oēs pire:sed nichil phibet aliquē eorū pire & aliquē

saluari. Ad illud aūt Psal. Hoīes & iumēta saluabis dñe rñdet negādo expositionē Origenis. Ad vltimu rñdet Aug⁹. exponēdo auctoritatem apostoli. primo vt sit distributio accomoda scd̄m hūc sensum. Deus vult saluos fieri oēs hoīes qui saluantur: nō qa nullus hō sit quē saluū fieri nō velit: sed qa nullus salu⁹ sit quē nō velit saluū fieri. Secūdo exponit̄ sic: vt fiat distributio ꝑ generibus singulorū: & nō ꝑ singulis generū. & scd̄m hūc sensum deus vult de quolibet statu hoīm saluos fieri mares & feminas: iudeos & gentiles: paruos & magnos: non tñ oēs de singulis statibus. Et licet auctoritas apostoli posset trahi ad istos sensus: tñ quia nō sūt de virtute sermonis. Dicendū est aliter scd̄m Damascenū li. ij. ca. vltimo. Q̄ volūtas diuina diuidit̄ in voluntatē antecedētem & cōsequentē. Volūtate aūt antecedente deus vult oēs hoīes saluos fieri. Volūtate aūt cōsequēte nō. Et qa volūtas antecedēs nō semꝑ implet̄: ideo nō oēs saluant̄ Ad sciendū aūt quid appellat̄ in deo volūtas antecedēs & quid volūtas cōsequēs. Notandū q̄ in volūtate diuina cū sit sūme simplex nō pōt diuersitas inueniri. Ratione tñ voliti nichil ꝓhibet eā diuersimode cōsiderari scd̄m diuersas conditiones volitorū. Volitū autē scd̄m q̄ nūc loquimur in creatura rationali: ordinabile est in beatitudinē in quo est duo considerari. s. illud qd̄ ordinat̄: & auxilia eius quibus iuuat̄ ad cōsequendū finē ad quē ordinatur. Et scd̄m vtrūq̄ istorū pōt accipi distinctio volūtatis in antecedentē & consequentē. In eo enī qd̄ ordinat̄ ad beatitudinē ē cōsiderari naturā & ꝑsonā: quantū ergo ad naturā deus vult oēs hoīes saluos fieri: i quantū dedit oībus naturā capacē & ordinabilē i beatitudinē. quantū vero ad personā nō vult oēs hoīes saluos fieri: actiōes aūt sūt suppositi & ꝑsone. Et qa multi de

uiant a fine vltimo per suas actiões prauas: iõ quantũ ad ea que sũt psone nõ vult deus oẽs personas saluas fieri Prima voluntas dei dicit antecedẽs: scda cõsequens: qa prius debet cõsiderari natura ordinabilis in finẽ q̃ acti ones psone qbus finis cõsequit cũ ab ipso deuiat. Se cũdo põt hec distinctio volũtatis antecedentis & conse quẽtis sumi quantũ ad auxilia quibus creatura iuuatur sunt enĩ quedã antecedentia q̃si quedã cõia auxilia que dant oĩbus hõibus vt salui fiant.s. liberũ arbitriũ: pre cepta: consilia & huiusmodi quibus oẽs possunt dirigi in his que ptinẽt ad salutẽ. Sũt nichilominus quedã spe cialia: vt gratia: virtutes: pseuerantia in bono & huius modi que dant quibusdã specialiter & singulariter: er go qa cõe pcedit ordine nature illud qd est speciale vo lũtas diuina scdm q respicit cõia auxilia dicit volũtas antecedens. put vt aũt respicit specialia dicit consequens. & isto modo vult deus oẽs hoĩes saluos fieri voluntate antecedẽte sed nõ cõsequẽte. Volũtas aũt antecedẽs nõ semp implet: quia nõ est volũtas simpliciter: nec volis tũ volũtate antecedẽte solũ: sed scdm qd. Nam volũtas de salute alicui⁹ est voluntas practica que necessario re spicit cõditiões pticulares suppositorũ q̃rum sunt actio nes. hoc aũt nõ facit antecedẽs volũtas: sed consequẽs: & iõ q̃ vult deus volũtate antecedẽte solũ nõ simpliciter vult ppter qd nõ oportet eã ipleri. Hec collectiue ex Tho. i. pte. q. xix. arti. vi. & dño Henrico de assia sup Geñ.

Ecunda questiuncula est:

S An in cẽtro terre: vel vbi sit situs & posit⁹ locus inferni. Ad quã sic respõdet: q loc⁹ iferni vbi sit certitudinaliter doctores theologi nõ ponũt. Magister enĩ sniarꝝ in. iiij. ppe finẽ. xlv. di. dicit sic. Ignis eternus cuiusmodi sit & in qua mundi vel terre pte futurus sit:

hominem scire neminē arbitror: nisi forte cui spiritus diuinus ostēdit. Et Aug⁹. in libro retractionū. ca. xxix. retractans qđ dixerat. xij. super Gen. dicit sic. Magis michi videtur dicere debuisse ꝙ sub terris sit ꝙ ratione͂ reddere cur sub terra esse credatᷓ. Et Greg⁹. in. 4. dialogorum interrogatus an sit credendum infernū esse sup terram vel subtus dicit. Hac de re temere diffinire non audeo: nōnulli nanqꝫ in quadā terrarum parte infernū esse putant. Alij vero hunc sub terra esse existimāt. hec ille. Alij vero dicunt ꝙ infernus sit in opposito aride axe que est inter equinoctialem & polum articum in quo loco viget excessus caloris. Vel est sub aliquo polorum vbi est excessus frigiditatis. Potest etiam esse aliqua regio in superficie terre sub aqua: vel super aquā per modum magne insule intemperatissima: molestissima: horribilissima: deformissima que dicitur infernus: & huic imaginationi consonat quod dicunt quidam in extremis partibus septentrionis vltra noruegianos habitantes: vbi dicunt esse multa demonia. & clamores & tumultus horribiles audiri ab inhabitantibus insulas. Dominus autem petrus de taranta. & Tho. & Ricard⁹ & dominus Bonauentura. in. iiij. d. xliij & dominus Henricus de Assia sup Gen. Suadēt tribus cōgruentijs esse infernū in centro terre. & primo ratione diuine ordinationis sic. Deus cū sit sapiētissimus oīa scđm exigentiā suarū naturarꝫ i suis locis statuit & ordinauit. Nam sapientis est ordinare. primo. metha. & Aug⁹. dicit. xix de ci. dei. ca. xiij. ꝙ ordo ē pariū dispariūqꝫ rerū sua cuiqꝫ loca tribuēs dispositio. Sicut ergo naturalib⁹ & corpalibus reb⁹ oppositis assignauit diuersa loca oposita correspōdētia ꝓprijs earū naturis: vt puta rebus leuibus: locū sursum & circūferentiā: & reb⁹ grauibus locū īfe-

rius & centrū mūdi. Ita & spūalibꝰ rebus loca cōueniē
tia earū naturis statuere debuit: vt leues. s. & spūales vi-
ri q corda sua sup terrā ad celestia & spūalia infixerunt
ad circūferentiā totiꝰ mundi & in sūmo celi statuerent.
Graues vero & pctis pōderosi q corda sua bonis terres-
tris sup terrā indebite fixerūt: tenderēt ad mediū totiꝰ &
circa centrū mūdi atq̄ in ꝓfundo īferni. Scdo idē ꝓbat
rōne assimilatiōis. Nam locꝰ & locatū debet assimilari
siue ꝓportionari. 4. phisi.. Pctōres aūt tres hn̄t cōditiōes
elongationē: obscuritatē: & frigiditatē. nā peccatū diui
dit & elongat hoīem a deo. ꝓuer. xv. Longe est dn̄s abi
piis. pctōres sūt obscuri, execauit eni eos malitia eorū:
Sapie. ij. & iō in tenebris ambulāt: & vie illoꝝ tenebre:
& lubricū: & angelꝰ dn̄i coartās eos Pctōres sūt frigidi
ꝑ pctm̄ qꝫ dicit venenū aīe ab Augꝰ li. 83. q. Venenū āt
vt dicit Isido. i. ethimo. est frigidissimū: ergo locꝰ nouis
simus: obscurꝰ & frigidus eis debet: Infernus aūt in me
dio & in cētro mūdi existēs ē sūme elongatꝰ a celo: ē na-
turaliter tenebrosus: oi influxu celestis lumīs priuatꝰ: ex
eo qꝫ elementū terre hāc regionē circūstans ē simpliciter
opacū carens penitus diaphanitate sine qua lumē nūq̄
diffundi potest vel penetrare: est frigidissimus naturali
ter: vnde dicit tartarus a tremore frigoris: vt dicit Isido
rus: eo qꝫ ibi nec radius solis penetret nec adsit motus
aeris. Tertio ꝓbat idem ratiōe oppositionis sic. Loca op
posita: oppositas & cōtrarias cōditiōes & naturas solent
habere: sed ꝑadisus terrestris est aliq̄ regio in supficie ter
re tēperatissima sita in parte orientali & dextera pte celi
que regio est gratissima oībus delectatiōibus. Ergo in-
fernus poni debet ex opposito in inferioribus partibus
terre: interioribus siue centralibꝰ spere terre: vl̄ supficiali
bus terre opposite axe axi: que inferiores dicunt respe-

ctu nostri: que regio est intemperatissima: remotissima a celo omnibus molestijs & contrarietatibus plena. Itẽ paradisus terrestris oppositus inferno (vt dicunt doctores & historici) habet omnia que requirunt ad bonitatem loci: ciuitatis & regionis. Ad que requirit conueniens dispositio montium: scaturigo fontiũ: decursus fluminũ: nobilitas plantarum: iocunditas animaliũ: influentiarũ bonitas: aurarum siue ventorum regularitas: temperies elementorũ. Vnde & Damascen⁹ libro secũdo sententiarꝫ dicit. Paradisus terrestris est positus in oriente omni terre excelsior tẽperato: tenuissimo ac purissimo aere fulgens: plantis semꝑ floridus: comat⁹: bono odore repletus: & omnibus gratissimis oblectationibus plenus. Ergo infernus habere debet omnia contraria paradiso terrestri: & per consequens si paradisus in summo sit: infernus debet esse in infimo loco mundi. Secundo ꝓbatur eadem cõclusio auctoritatibus: & Primo Ione. ij. Proiecisti me in ꝓfundum in corde maris. vbi glo. dicit. ꝙ sicut cor est in medio & centro aialis: sic infernus in medio terre. mediũ autẽ terre est centrũ ei⁹. Et Iob. x. Dimitte ergo me zc. Et Psal. Liberasti me ex inferno inferiori. vbi dicit glo. Augustini ꝙ duo sũt inferna: superius & inferius. Terrena in habitatio vbi est caro & sanguis: decessio & successio mortalitatis & mutabilitatis. Infernus est superior: sed ab hac tarrena inhabitatione & inferno itur ad infernũ inferiorẽ. Propter hec duo inferna missus est filius dei vndiqꝫ liberãs ad vnum infernum missus est nascendo: ad alium moriendo. Hec Aug⁹. Et Ysaias. xiiij. Infernus subtus conturbatus est. Et Math. xij. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ita erit filius hominis in ventre terre tribus diebus & tribus noctib⁹. Et Pro-

uerbiorum.ix. In profundis inferni cōuiue eius. & Apo.v. dicitur: q iohānes cum vidisset librum signatum septem sigillis: flebat quia nō videbat dignū aliquem illū aperire neq; in celo neq; in terra neq; subtus terrā. Liber est sacra scriptura. apertus.i. patefactus a christo qui fuit de tribu iuda. Et inuit Iohānes subtus terrā: quasi ibi sint aliqui scia prediti vt demones: aie mortuorū qui hic sapiētes habiti sunt: vt sancti patres: prophete & multi philosophi. & in glo. xiij. q. ij. c. temp⁹ in verbo abditis dicit. Infernus est sub terra & celū supra. Item. xxiij. q iiij. ca. hec aūt vita. & Grego. in quarto determinās: quid de loco inferni credat dicit. Hoc animū pulsat q idcirco infernus dicitur: qa inferius iacet. Idē dicit Isido. xiiij. ethimo. vnde infernus dicitur etiā gehēna. a geos q est terra: & hēnos q̄si profundū: q̄si in profundo situs. Et Virgi. in sexto introducit Eneā alloquentē Didonē: dicentēq;. Infelix dido verus michi nūcius ergo Venerat / extinctā ferroq; extrema secutā. Funeris heu tibi cā fui: per sidera iuro. Et superos / & si q̄ fides tellure sub ima est. Inuitus regina tuo de litore cessi. Et Seneca tragedia.i. itroducit theseū inuocantē. Fas oē mūdi teq; dn̄antē p̄cor regno capaci: Teq; quā tota irrita q̄siuit ethna mater. Vt iura abdita & opta terra liceat ipune loq. Et vltia tragedia de virtute loquēs dicit. Nunq; stigas fertur ad vmbras inclita virt⁹ Viuite fortes nec letheos seua per ānos. Vos fata trahent. Sz cū sūmas exiget horas. Consūpta dies Iter ad superos gloria pandet. Exēplis etiā veritas p̄dicta patere pōt ex Grego. iiij. moral. c. xxxij. Et a sctō Cyrillo ad Augu. in trāsitu btī Hie. hec collectiue ex. 4. sniarum: et ex henrico.

Ertia questiuncula est: Si alibi q̄ in cētro terre reperiantur i superficie terre loca in quibus aie damnatorū penas luant. Ad

quã sic respondet: q vt Greg⁹. dicit: iiij. dialo. Omnipotens deus ad correctionẽ viuentiũ in hoc mũdo in quibusdam patẽtibus in supficie terre quasdã damnatorũ aĩas penas luere: voluit ostendere vt mẽtes ĩfideliũ q̃ inferni tormẽta esse nõ credũt tormentorũ loca videant q̃ audita credere recusant. Et infert. c. xxiiij. li. vbi supra. quendã sanctũ heremitã q in insula Lipparis Sicilie morabat̃ vidisse q aĩa theodorici regis in ollam vulcani ibidẽ ebulientẽ, piecta fuit p Iohannẽ papã & Simachũ patriciũ quos ille rex añ occiderat. Et iuste dicit ibi beatus greg⁹ ab illis in ignẽ mitti apparuit: quos ĩ hac vita iniuste iudicauit. Itẽ in. iij. c. narrat de quodã romano cui in extremis laborãti apparuit nauis pata: qua ipe & qdã vicinus suus adducẽdi erãt in Siciliam: q stati post hoc fuerant sil' mortui. & subiũgens dicit greg⁹. q vero ille moriẽs se ad Siciliã ducendũ testatus ẽ. qd sentiri aliud põt, nisi p ceteris locis in ei⁹ terre insulis eructãti igne tormẽtorũ olle patuerunt: q̃ vt solẽt narrare q vouerũt lassatis q̃tidie finib⁹ crescũt vt mũdi termĩo appropinquãte quantũ certũ est illic ampli⁹ exurẽdos colligi: tãto & eadẽ tormẽtorꝝ loca ampli⁹ videãt̃ apiri. hec grego. Ex ista aũt narratiõe apparet q per ollas vulcani intelligunt̃ qdaꝫ putei flãmiuomi: vl' quedaꝫ cauerne terre flãmaꝫ spirantes sulphureã. Quare aũt olle ille vulcano attribuant̃ pꝫ p Isido. li. xxij. ethi. dicẽtẽ q iuxta supstitionẽ gẽtiliũ: vulcanus in fornacibus fabrorꝫ q̃si deus ignis habitare dicit̃. & p ipm figuraliter ignis intelligi solet: quẽ qdẽ ppi mltas vtilitates quas hoi confert (ab Isidoro ibi enumeratas) gẽtiles eũ deũ posuerũt: ipsum noiantes vulcanũ: quẽ tũc ridere dicũt qñ ignis q̃si tonitrua emitit: & scintillis strepit. & iterũ Isido: li. xv dicit q quedaꝫ insule circa Siciliaꝫ vulcanie dicunt̃: ex eo q

ipse sicut mons ethna ardeāt: & sunt octo quarū noīa ibi ponit. Et prima vocatur lipparis zc. Ethna vero est mons ab incenso sulphure: quo plenus est: flāmas spirans. Et dicit Isidorus ꝙ mōs ille hēt ab ea ꝑte qua eurus & africus flāt spelūcas sulphure plenas: que ventis illis agitate & cōmote flāmas emittunt terribiles: itaqꝫ putatum est a qbusdā ibi infernū esse. Sed horū opinionē illa que precedenter de situ inferni dicta sunt stare nō ꝑmittunt. nō enim omnis locus in quo vel a quo aīa luit penam dānationis vsqꝫ in diem iudicij est principalis locus inferni. Sed qdam sunt particulares in quo (causa nota deo) quedā damnatorū aīe vsqꝫ ad diem iudicij penas luunt. Henricus de Assia super Genesim.

Qvarta questiuncula est:

q Quis ordo & que habitudo est sub terra triū locorū penalium. s. purgatorij: limbi: & sinus Abrahe: vel sanctorū patrū/ad infernū. Ad quā sic respondet: ꝙ de habitudine & ordine triū locoꝝ penaliū ad infernū est duplex opinio. Prima est ꝓbabilis videlicet ꝙ infernus est regio centralis terre: & ꝙ qlibet alia regio inferi illā orbiculariter circūstet scdm sub & supra ꝓportionaliter ꝑ differentijs incolarū in īdignitate vel dignitate: ita videlicet ꝙ cū sint quatuor totalis inferi regiones scdm cōmunē doctorū opinionē. s. infernus inferior: limbus puerorū: purgatoriū: & sinus abrahe: vel limbus patrum. Infernus est regio centralis infima & imediate post eam regio puerorū q in solo peccato origenali decesserūt. Sup quā est regio purgationis aīaꝝ quā circūstat regio que vocat sinus abrahe: vel limbus patrū: Prime due regiones sunt damnatorū: sed differūt quo ad penā sensus & penā dāni solā. Alie due non

sensus scdz q ab igne corpali puniunt. Et q sit verum de pria pena sic arguit. Quato.n.aliqd magis desideratur tato ei9 absetia est molestior: Et qa affectus quo desideratr summu bonu post hanc vita in aiabus sanctis est intesissimus: qa no retardat affectus mole corporis: & etia qa terminus fruedi summo bono iam aduenisset nisi aliqd ipediret: ideo de tardatioe maxime dolent. Et vt addit Albertus magn9: quia cu sanitas & iocuditas sensus in hac vita nulla habeant coparatione ad summu bonum qd felicitat beatos: nulla coparatione habebut auferentia delectabilia in hac vita ad auferetia vel differetia delectabilia in alia vita. Et ideo tristitia alterius vite incoparabiliter maior est qua tristitia aliqua i presenti vita. Propterea dicebat Criso. in quodam sermone. Ponamus ante oculos mentis quanti doloris est excludi & proici a regno dei: quia ipsa videtur grauior gehena. Et Aug9. in quodam sermone dicit. Alienari a regno dei: carere multitudine dulcedinis eius ta grandis pena est vt nulla possint tormeta que nouim9 ei copari. Quatu vero ad pena sensus pbat coclusio sic: roe Tho. vbi sup Cum dolor no sit lesio sed sensus lesionis.ij. de aia. quato aliquid est magis sensitiuu: tanto plus dolet. Exeplu in locis neruosis.s. digitis: tibijs zc. Naz nerui sut istrumenta sensus tactus.ij. de aia. Sed aia est maxime sensitiua: vt pote causa ois sensatiois. Ideo cu agit in ipsa aliquod agens lesiuu ipsam maxime ledit: & tanto magis quanto lesiuu est magis actiuu. Ignis aut inter oia elemeta est magis actiuus. Naz no pot infrigidari aut humectari sicut aqua calefieri vt dictum est: ergo maxime ledit aiam no naturaliter: quia corpus in spiritu naturaliter no agit: nec ignobilius i nobiliori: sed vt est instrumentum diuine iustitie que dat vniformi igni vt miro

modo difformiter ꝑ diuersitate peccatorum cruciet animas mortuorū. Primo ad purgandū quasdā leues culpas venialiū in p̄senti nō dimissorū. Secundo ad soluendum obligatiões ad penas ꝑ mortalibus vel venialibus peccatis hic quo ad culpā indultis, ꝑ quibus nō fuit in hac vita sufficiens penitentia pacta. Tertio ad purgandum animas ab omni qualitate impfectiōis: vel a rerū cōceptibus & speciebus iproprijs: similiter ab habitibus vitiorū & impressiōib⁹ falsaꝝ opinionū: a fomite & ab alijs indispositiōib⁹ & deformitatib⁹. quas aīe a corporibus sepate secū ad ignem purgatorij deferunt: ab his oībus tanq̄ a quibusdā squaloribus hic contractis: anime ibidē p ignem purgate exeunt: sicut aurū fulgēs de camino ignis ad celeste regnū ꝑducende. Ad argumēta aūt dicendū est: & primo ad primū: q̄ pena nō iudicator maior vel minor scd̄m lesionē vl' passionē: s; scd̄m passionis sensum. Et ideo licet anima sit minus passiua quā corpus: quia tñ est magis cognoscitiua & sensitiua passiōis: ideo maior ē dolor eius etiā si sit minor pasio. Ad secundū dicendū negando consequentiā. & ratio est quia acerbitas illi⁹ pene nō est tantū ex quātitate peccati quantū etiā ex dispositiōe puniti: q̄a idē peccatū grauius punit ibi quā hic ꝑpter diuersitatē fori: sicut ille q̄ est melioris cōplexionis magis punit eisdē plagis quā alius: & tñ iudex vtriq; easdē plagas inferēs iuste facit. Ad tertiū respondet negādo assumptū: q̄m vt respōdet dn̄s Bonauētura. Ignis inferni qui vrit & nō consumit grauius punit quā alius ignis qui vtrūq; facit. Hec dn̄s Iohā. de turre crema. sup. d. p. vij. c. Hic ignis.

Quinta questiuncula ē: Quomodo differat ignis purgatorij ab igne inferni

Ad quā respondet: q̄ differūt octipliciter. Primo quia ignis īferni vt quidā dicūt: est ignis elementū ī materia ꝓpria ꝓut est in spera sua: qa eternaliter debet affligere ignis purgatorij est mixt⁹ & elemētatus in materia aliena. s. terrestri. videlicet carbone vt magis affligat: qa tpaliter debet purgare. Nam licet ignis ī ꝓpria spera simpliciter ī se sit calidior quā q̄dcūq̄ corpus mixtū siue plūbū siue ferrū ignitū siue carbo: p accidens tñ plūbū vel ferrū ignitū pōt esse calidi⁹: ꝓpter tria q̄ ponit. Auicēna. Primo ex pte ignis q̄ est valde rarus: & ideo ptes aeris aquosi: siue humidi & etiā frigidi itrat ipsū ignē & ip̄z infrigidāt licet p accidens. Scd̄o ex pte sui actiui: qa ptes ignis ꝓpter suā raritatē multū distant: & ideo nō cōcurrūt multe ptes ad actionē eius: sed ptes ferri igniti ꝓpter suā soliditatē sūt multū vnite: & ideo multe cōcurrunt ad actionē ei⁹: & inde est q̄ ferrū ignitū fortius agit quā ignis: licet ignis sit p se calidior. Sicut videm⁹ q̄ multi debiles fortius trahunt nauem q̄ vnus fortis. Tertio ex pte sensati: quia ignis ꝓpter suā tenuitatē est valde mobilis: & iō cito transit & nō diu morat̄ supra sensū. Sed ferrū ignitū ꝓpter suā grauitatē nō est multū mobile & iō nō cito trāsit: s; diu pmanet: & p cōsequēs diuti⁹ agit in sensu;: & iō plus sentit̄ quā gnis: licet ignis sit p se calidior. Secūdo differūt quantū ad opationē. Nam licet ignis purgatorij sit etern⁹ quo ad substantiā sicut ignis inferni: tñ ē tpalis q̄ ad effectū purgatiōis: vt dicit Gre. vel vt dicit dn̄s Bonauētura in. iiij. Licet remaneat quantū ad actū aliquē. s. quantū ad qd̄ hēt ardoris. s. ad reproborū cōcremationē: nō tñ remanet quantū ad purgationē. Ignis inferni īdurat & deuorat: ignis purgatorij excoquit & maturat. Ignis īferni res fortes & pulchras debiles facit & turpissimas. Ignis purgatorij fortiores red

dit & pulchriores: sicut aurū & similia in ignib⁹ nō de
teriorant̄: sed purificant̄ & pulchriores reddūtur. Ignis
purgatorij est purgatiu⁹. Ignis inferni est extermiatiu⁹
Et ponit. b. Greg⁹. exemplū in. iiij. dialo. dicens: q̄ sicut
sub eodē igne aurū rutilat & paleat fumat: ita sub eodē
igne in sub̄a. s. purgatorij & iferni electus purgatur: &
dānatus exterminat̄. Tertio differūt in finis intentiōe
q̄a ignis purgatorij ad istū finē pricipaliter est ordinat⁹
. s. ad purgangū reliq̄as pctōꝝ: & iō pena purgatorij vo
cat̄ pena ignis. Nam res in finē ordinate cōuenīcter a fi
ne noiant̄. Ignis aūt inferni est ordinatus solū ad affli-
gendū: & ideo illis nominib⁹ nominat̄: que apud nos
affligere solent vehemēter: sicut sunt ignis: sulphur: spi
ritus ꝓcellarū zc. vt dicit Tho. in. iiij. Quarto differunt
in multiplicatiōe: eo q̄ in purgatorio nō sūt nisi due pe
ne. s. pena dāni & pena sensus ignis. In inferno autē nō
solū sunt due pene p̄dicte: sed multe alie. Cuius rō est:
quia cum pena inferni sit ordinata & inuēta solum ad
affligendum vt patet ideo in inferno nō est solum pena
ignis & damni vt in purgatorio: sed multe alie vt ex pe
narū multitudine: dānati mltiplicite affligant̄. Quin
to ignis inferni est obscurus & tenebrosus sub quadam
vmbrositate: vt sic dānati videre possint afflictiua sua
vnde doleant. Psal. Peccator videbit & irascet̄ zc. Ignis
aūt purgatorij est clarus & fulgidus. Sexto ignis infer
ni affligit & cruciat ratiōe malorū habituū & vitioꝝ
& falsarū opinionū in mundo contractarū. Ignis autē
purgatorij purgat ab oībus predictarū. Septimo ignis
inferni appropinquante die iudicij nō augebit̄ in ardo
re: ignis aūt purgatorij sic: respectu eorū qui ibi diu pur
gari deberent: vt sic calor ille intensior recuperet in in-
tensione quantū depditurus sit in tēporis abbreuiatiōe

vt dicit Tho. in. iiij. d. xlvij. q. vi. ar. iij. Vnde i quolibeto secūdo. q. vij in solu. iiij. arg. dicit: & illi q in fine mūdi viui repientur parū habebūt de cremalibus: purgati precedentibus tribulationib⁹: poterit etiā fieri vt acerbitas pene momēti tpis recōpenset diuturnitatē pene in alijs. Octauo q a pena ignis inferni excedit omnē penā hui⁹ mūdi in extensione: nō aūt in intensione & acerbitate. Pena autē ignis purgatorij excedit oēm penā hui⁹ mūdi in intensione & acerbitate: nō aūt in extensione vt dicit dn̄s Dn̄icus Venetus ep̄us Brixensis alias Torcellanus: licet in hoc solēnis hic doctor nō teneatur.

Exta questiuncula est: Si

s pena tam grandis purgatorij sit ab his qui ibi purgant̄ volūtarie sumpta: Ad quā videt̄ primo respondendū affirmatiue. Nam existētes in purgatorio hn̄t cor rectū: sed vt dicit Ambro⁹. habēs cor rectū confirmat voluntatē suā voluntati diuine: sed dn̄s vult eos purgari: ergo & ipsi se purgari volunt. Item oīs sapiens vult illud sine quo finis consequi nō pōt: & oīs infirmus vult illud quo sanet̄: sed in purgatorio existentes sunt sapiētes & infirmi: ergo volūt ibi esse vt gloria acquirat̄: & volūt illaꝫ penā vt sanent̄. Si forte tu dicas sicut forte aliq dixerūt: ꝙ tātus est sensus doloris vt collatio rōnis tota absorbeat̄: & nō possint cōferre nec de vno nec de alio. Dicit̄ ꝙ hoc est falsū & cōtra dict̄ī Gre. in. iiij. dial̄. Nisi enī scirēt se liberādos suffragia nō posterēt q̄ frequēter petūt. vt patet ibidē de multis. In opposítū arguit̄: nā nullus petit liberari a pena quā voluntarie substinet: sꝫ q sunt i purgatorio petūt inde liberari vt patet in. iiij. dial̄. ergo nō substinēt illā penā volūtarie Respondet̄ iuxta dn̄m Bonauēturā dicentē: ꝙ aliq̄ pena

dicit̄ tripliciter volūtaria. Vno mō: qa assumit̄ a volūta te iperāte sicut est pena pnialis. Alio modo: qa substinet̄ a volūtate acceptāte sicut est pena martyrū. Tertio mō est quedam pena que substinet̄ a voluntate tollerante: vt puta pena que est in patientia: quod eius oppositū est in desiderio: sicut cum amans & desiderans sanitatē infirmat̄ substinet quidē penā tanq̄ a medico vel a deo inflictam: attamen ab ea liberari pcurat: & illud minime habet rationem voluntarij. Et hoc modo volūtaria est pena purgatorij. Nam purgandus ibi volūtarie substinet eam pp̄ter tria vt dicit Petrus de palude. Primo quia sciunt eam a deo inflictam & volitā: ideo nō murmurant (sicut boni filij cōtra flagella patris) sed placet eis affligi q̄diu deo placet. Scd̄o quia sciūt flagella esse iuste lata. Vnde quia charitas cōgaudet veritati: volūt sic iuste pati. Tertio quia sciūt se aliter nō posse saluari vnde amore boni sperati volunt sic pp̄ter illud affligi. Albertus aūt & Tho. in. iiij. dicūt: q̄ aliquid dicit̄ volūtariū dupliciter. Vno mō voluntate absoluta: & sic nulla pena est voluntaria: qa ex hoc est rō pene: quia volūtati cōtra dicitur. Alio mō dicit̄ aliqd voluntariū volūtate cōditionata: sicut vstio ē volūtaria pp̄ter sanitatē cōsequēdā: & sic pena purgatorij dicit̄ volūtaria. Et p hec p3 solutio ad obiecta. Dn̄s Io. de turre cre. sup di. xxv. c. q̄lis.

Septima questiuncula est:

Si aīe in purgatorio p impatientiā vel p aliquē aliū actu3 peccare possint mortaliter vel salte3 venialiter. Ad quā sic respondet̄: q̄ cū ostensu3 sit q̄ q̄lis aīa exit de corpe talis p̄sentatur in iudicio pticulari. Idcirco si sepant̄ a corpibus in charitate: confirmant̄ sic i eadē q̄ amplius peccare nō possunt & ab ea resilire: qa lignū

vbi ceciderit ibi erit. Eccs. xi. Et hec est cōis dei ordinatio qua disposuit oēm hominē vltimo mortuū extra charitatē dānandum & vltimo mortuū in eadē saluandum esse simpliciter: nec talē flecti posse ad impatientiam in penis nec peccare mortaliter: aut vndecunq; venialē culpā contrahere ac ꝑ hoc suas penas ꝓlongare. Non enī habent fomitē ex quo peccatū veniale causatū: vt dicit Tho. in. iiij. d. xxi. q. i. arti. i. Potest etiā inflexus & inprecipitatio & impeccabilitas aīaꝝ in purgatorio existentiū ꝓuenire ex eo ꝙ certificate de sua beatitudine cū sūma patiētia & gratiarū actiōe tollerēt suas penas q̄si iusto & misericordi iudicio dei cognoscūt sibi īflictas & debitas. Dñs Henricus de Assia suꝑ Genesim.

Octaua questiūcula est: An aīe in purgatorio penas patiēter ferēdo vł alio actu mereri possint citiorē liberationem.

Ad quā sic respondet: ꝙ ex hoc ꝙ actio hominū meritoria & pnīa salubris solū se extendit ad tēpus vite pñtis: post qd nō restat nisi vel supplicia ꝓ peccatis recipere: vł pmia ꝓ virtutibus. Idcirco aīe lȝ ꝓ statu earū ī purgatorio possint bñ & recte agere atq; pie affici: scdm habitā charitatē: tñ ex hoc nec charitatē augeri merent nec penā diminui: pōt tñ pena eoꝝ augeri vel ꝓlongari nō ꝓ pctis in purgatorio cōmissis: sȝ ex hijs q̄ moriētes reliquerūt in mundo exēplis: reb⁹: causis: vel occasionaliter doctrinis si aliq taliū occasiōe errassent: vitia incurrissēt qbus dānarent: vł dei honor fuisset īminut⁹. Silr ex relictis hic bonis qbus aliq ad salutē ꝓfecissent decrescit ibi vł abbreuiat pena aīaꝝ. Dicendū est enī cōclusiōaliter ꝙ aīe existētes ī purgatorio licet nō dū sint ī termino sed adhuc ī via longe ab adeptiōe finalis beatitudinis habētes vsuȝ

rationis cũ libertate voluntatis: mereri tamẽ non possũt ibidem: quia actiones humane meritorie se solum extẽdunt ad tempus vite presentis vt dictũ est. Et hoc tanq̃ ꝓbabilius in hac materia tenendũ est. Ioh. de turre Cre. vbi supra. & Henricus de Assia sup Genesim.

Vna questiũcula est: Quare dãnati vsq; ad diem iudicij per patientiam penarum blasphemantes demerendo crescit eorum pena cum sint eiusdẽ status vie & temporis quo scʒ ad meritũ vel demeritũ cum aĩabus purgãdis que añ vel post iudiciũ amplius mereri vel demereri nõ possũt

Ad quã sic respõdet: q̃ hoc ꝓuenit ex oculta dispositione & recto iudicio diuine sapientie: que aĩabus purgandis ꝓ eo q̃ cũ gratiarũ actiõe penas suas tollerant: auxilia ĩ statum earũ vt ampli⁹ demereri nõ possint: nec culpã vndecũq; cõtrahere. Damnati vero & aĩe penis inferni terribiliter agitati: oĩ spe liberationis: ablata: quia nulla naturali virtute: aut equitate se refrenant deũ incessanter blasphemãtes: merentur penas suas saltẽ vsq; ad diẽ iudicij ĩtensiue forte augeri: vt sic qui in sordib⁹ sunt sordescãt adhuc. Quid vero post iudiciũ fiat deus nouit & hõ ignorat. Hec Henricus de Assia. Sed Tho. in. iiij. di. l. q. ij. ar. vi. in corpe dicit sic. Ante diem iudicij quidã dicũt & beatos mereri & dãnatos demereri. Sed hoc nõ põt esse respectu premij essentialis vł pene prĩcipalis cum quantũ ad hoc vtriq; ad terminũ ꝓuenerint Potest tñ esse respectu premij accidentalis vel pene secũdarie que possunt augeri vsq; ad diẽ iudicij. & hoc precipue in demonibus vel angelis bonis quorũ officio aliqui trahuntur ad salutẽ: ex quo bonorũ angelorũ gaudium crescit: vel ad damnationẽ ex quo crescit pena de-

monum. Et statim subiungit respondēdo ad primū argumentū. Damnatoꝝ autē aīe demereri nō pñt aliquo modo: qa hoc est eis summū incōmodū ad summā malorum puenisse: nec ptinet ad damnatoꝛu3 hominum alios ad damnationē ptrahere: sicut pertinet ad officiu3 demonū ratione cuius demones demerent quantum ad secundariam penam. Hec Tho. vbi supra.

d Ecima questiūcula ē: Quare sola aīa patiat penas purgatorias p peccatis a toto hoīe hic cōmissis & nichil corpus penarū luat post resurrectionē.

Ad quā sic respondet: q nisi totus hō in hac vita patiat penas purgatorias: q sunt cōtritiones & penitētiales afflictiones qbus purgatur hō a mortali culpa & ptim a pena infuturo soluēda: & qñq a tota: nisi inquam tales pene totius hoīs precesserit aīa post mortē purgabitur penis inferni. Et hoc īsinuat scriptura Geñ. iij. allegorice scdm doctores. Vbi dicit q post lapsu3 hoīs inter hoīem & paradisū flāma posita est. Qd allegorice insinuat q post lapsu3 generis humani nemo puenire pōt ad celestē paradisu3 nisi trāseat p ignē. Et hoc vel tribulatiōis in pñti vita sublinēde vl p ignē purgatiōis post mortē si penas quas hic peccando meruit sufficiēter ī hac vita nō soluit. Vel vt dicit Tho. in. iiij. d. xlvij. q. vi. ar. iij. purgabit vtroq3 igne. s. tribulatōnis & purgatorij respectu. s. bonoꝝ q ī die iudicij viuēt in qbus aliqd purgandū repietur: tales eni vtroq3 igne subito purgabunt. Primo igne tribulatiōis. s. terroꝝ & psecutionū pcedentiū iudiciū. Scdo igne purgatorij cuius locū tenebit tūc ignis cōflagratiōis q quantū ad virtutē naturalē ipsi⁹ siliter aget ī bonos & malos q viui reperient vtrorūq3 corpa in cinerē resoluēdo. In quantū

vero aget vt istrumentũ diuĩe iustitie diuersimode aget in diuersos quantũ ad sensũ pene. Nam mali ꝑ actionẽ ignis in cinerẽ resoluent̃ & cruciabunt̃: boni in qbus nichil purgãdũ erit resoluent̃ in cinerẽ: sꝫ nullũ cino dolorẽ ex igne sentiẽt: sicut nec pueri ĩ camino. Dan. ĩ. iij. Boni aũt in qbus aliqd purgandũ repiet̃ resoluebũtur simpliciter in cinerẽ: sed sentiẽt cruciatũ doloris ex illo igne plus vel minus ꝑ meritorũ diuersitate. Et qa hanc penã isti boni nõ dum plene purgati voluntarie substinebunt adhuc viuẽtes: ideo velocius purgabunt̃ ꝙ̃ si illam substinuissent in purgatorio. pena enĩ in hac vita voluntarie suscepta multo plus purgat & citiꝰ: ꝙ̃ pena post mortẽ inflicta: sicut patet in pena breui martyrũ: ĩ qbus si quid purgãdũ mortis tpe reperit̃: subito passionis falce tollitur: vt dicit Augꝰ. Ex q̃ seqtur ꝙ illud apl̃i prime Cor. iij. Si cuiꝰ opus arserit detrimentũ patietur ipse autẽ saluus erit: sic tñ quasi per ignẽ: intelligi posse de igne tribulatiõis in hac nobis vita adhibito: vel de igne purgatorio post hanc vitã ordinato: vel de vtroqꝫ igne ĩ die iudicij a bonis tunc purgandis substinẽdo. Ex qbus sequit̃ ꝙ purgatoria tria sũt. Primũ in hoc mũdo: quo purgant̃ hoĩes igne tribulationis. Secundũ sub terra in quo purgantur aĩe hominũ in charitate mortuorum: qui in primo purgatorio sufficienter purgati nõ fuerũt. Et tertiũ erit sup terrã respectu bonorũ purgandorũ in die iudicij. Hec Tho. vbi sup. & Hen. sup geñ.

Ndecima questiũcula est:

Si aĩe mortuorũ in purgatorio subleuent̃ & recipiant consolationẽ ex operibus viuorũ fidelíũ. Ad quã videtur primo respondendum negatiue. & primo sic. Lex enĩ Moysi quo ad charitatẽ & dilectionẽ ꝓximorũ nõ est inferior lege xp̃i. Erat enĩ dilectio ꝓxis

mi in pcepto sicut & nobis vt pz de ipsis in Deutero.vi. & de nobis Mat.xxij. Sed lex Moysi nō conabatur sub leuare orationib⁹: elemosynis: & sacrificijs miserias aīa rum q̄ tunc erant in purgatorio. ergo nec nos illud fa cere debemus. Item secūdo dicit phūs primo ethicoꝝ. q̄ cōmunicatio ciuiliū operum esse nō potest inter viuos & mortuos. Itē tertio Dionysi⁹ de ec.de. ierarchia. c.vl timo dicit. Si enī retributiōes recipiat vnusquisq̄ a diui na iustitia eorū que in pn̄ti vita bonorū & malorū per egit: finiunt autē scd̄m hanc vitā ꝓprias operationes q̄ dormiunt: quomodo p quandā sūmus sacerdos opera tionē in alterā requiez transuehet vltra dignitatē ei⁹. Hec ille. Item q̄rto Valdenses dicunt q̄ nec viuorū operib⁹ mortui nec beatorū orationib⁹ viui in aliquo iuuari pos sunt. Dicunt enī q̄ mandatū de dilectione proximi in vita presenti terminatur: & hec fuit opinio Vigilantij: contra quē de hoc scribit btūs Hiero⁹. vt dicitur. Sed in contrarium est vsus ecclesie militantis. Orantis ꝓ de functis & pia opera fideliuz ꝓ mortuis recipientis que errare non pōt a spū scō edocta: nec mendaciter incede re. Nam vt dicit Aug⁹ ad hieronymū. & habet. d.xc.ca. Si ad scripturas. Si ad scripturas sctās admissa fuerīt offi ciosa mēdacia quid in eis remanebit auctoritatis? quasi dicat nichil. Rn̄deo dicendū q̄ aīe mortuorū in purga torio subleuari possūt operibus pijs viuentiū. Et viui ꝓ defūctis per opa deo accepta satisfacere possunt & penā satisfactoriā ꝓ eis explere. Et ꝓbat̄ hec conclusio dupli citer. Primo ex pare viuentiū. Secundo ex parte defun ctorum. Primo ꝓpter charitatis vnionē. Nam charitas mystici corpis nunq̄ excedit. prime Cor. xiij. Sed viui vniunt̄ mortuis in charitate: & ecōuerso: ergo p viuos mortui iuuari possunt. Item per viuorū ad eos directas

intentionē. Mortui enī in memorijs hoim viuunt: & ideo interio viuentiū ad eos dirigi pōt: nō tamē vt dicit Tho. in. iiij. di. xlv. Sic mortuis suffragia viuorꝝ valere credēda sunt: vt stat⁹ eorū muteť de miseria in felicitatē & ecōuerso: sed valēt ad diminutionē pene vł aliquod huiusmodi qđ mortui statuꝫ non transmutant. hec ille. Item dicit apłs ad Gala. vi. Alter alterius onera portate: Sed onera q̄ sunt maxime portanda sunt onera spūalia alterius vite: ergo videť ꝙ viui penitentias ꝓ illis suscipere possūt & satisfacere. Itē ꝓbať idem per sile in natura lib⁹ Videmus enī in aliq̄ corpe aīalis ꝙ vnū membruꝫ se exponit vt substineat lesionē alteri⁹: sicut pꝫ ꝙ brachiū se pro capite exponit. Si ergo ī corpe mystico est cōnexio per assimilationē ad corpus naturalē videť ꝙ vnuꝫ membrum onus alteri⁹ portare possit & illud in se suscipere. Itē videm⁹ ī humanis actib⁹ ꝙ nichil refert apud creditorem vtrum pricipalis debitor an alter loco ei⁹ reddat debitum creditori. Cum ergo multo benignior sit deus in ꝑcipienda solutione q̄ȝ hō terrenus: videť ꝙ ipse sit contētus & sibi sufficiat si alius ꝓ eo satisfaciat. Itē charitas magis apud deū potest q̄ȝ apud hoīes. Sed vn⁹ pōt apud hoies amore alterius debitum soluere: ergo multo magis hoc in diuino iudicio fieri potest: dūmodo ꝓ quo fiunt & qui facit sint in charitate: vt eorū opera in charitate esse possint. Secundo ꝓbatur superior conclusio ex parte defunctorū. Nam mortui post hanc vitā remanent tanq̄ȝ mēbra coniuncta ecclesie militātis viuorꝝ ex colligātia & cōnexione charitatis que post morteꝫ remanet in aīabus decedentiū: & ideo recipere possunt consolationē ex operibus viuorum: Item recipere possunt suffragia viuorꝝ: qa Primo ibi penas luunt solū ꝓ peccatis hic contractis. Secūdo qa adhuc in via sunt caracte

re xpi signati. Tum tertio qa comunicant cu viuis fidelibus in fide: in charitate & in spe. Tum quarto qa relinquunt inter viuos ples: parentes: amicos: qbus relique runt bona que ipsi viui acquisiuerunt: que morientes p salute distribui fidelibus mandauerut, ppter que beneficia viui remanent mortuis obligati: taliterq, si post decessum ab hac vita incidant vbicunq; miseria penale: viui ipsos mortuos iuuare tenerent. Et hoc ratio dictat charitas habet: & iustitia exposcit. Ratio inqua dictat: vt ille qui ab alijs beneficia recepit benefactoribus suis ingratus esse non debeat: sed rependere vices & ipsos nunq; relinquere: vbicunq; vel vndecunq; statum miserie inciderint. Iustitia exposcit. Nam viui qa introierunt labores mortuo; & possident: iustum est vt in necessitate eis subueniat: & pie eis suffragent. Item latitudo charitatis hoc idez iubet. Est eni charitatis sic latum dominium q nulla distantia locoru nec varietas aut disparitas statuu; illi obstare potest quin se extendat in oes. Vnde si charitas beatoru qui a nobis logissimi sunt: & disparitate status & elongatione situs: extendit se ad copatiendu miseris viuoru: quo viuoru; charitas se no extederet ad miserias mortuoru q statib9 viuoru longe ppinquiores & similiores sunt. Nunc ponende sunt alique auctoritates quibus etiam ostenditur animas defunctorum in purgatorio fidelium viuoru precibus & suffragijs posse subleuari. Et primo Damascenus in quodam sermone de suffragijs mortuoru dicit sic. Mysterioru inquit conscij discipuli saluatoris & sacri apostoli in tremendis & viuificis mysterijs memoria fieri eorum qui fideliter dormierant sanxerut. Et Aug9. in li. de cura agenda p mortuis ait Non parue inquit est vniuerse ecclesie que in hac cosuetudine claret auctoritas:

vt precibus sacerdotis q̄ dño deo ad eius altare funduntur: locū suū habeat etiā cōmendatio mortuorꝝ. Et Gre. & ponit̃ in. c. aīe defunctorū. xiij. q. ij. dicit. Anime defunctorū quatuor modis soluunt̃: aut oblationibus sacerdotū: aut precibus sanctorū: aut charorū elemosynis vel ieiunio cognatorū. Hec ille. Postremo ad argumēta in oppositū respondeat̃. Ad primū respondetur negando ꝓposita. Nam etiā in lege Moysi conabantur antiqui orationibus: elemosynis & sacrificijs miserias animarū in purgatorio existentiū subleuare. Nam Iudas machabeus. ij. Macha. xij. misit ierusolymam duodecim milia dragmas argēti eas offerri ibi ꝓ peccatis mortuorꝝ. Verum est tñ ꝙ ipsi veteris legis nō ita intense rogabant ꝓ mortuis sicut nos. Ratio est: qa nō dum venerat lex plenitudinis charitatis qualis est lex xp̄i: que sicut inter viuos se extendit etiā ad inimicos. Ita necesse est ꝙ se extendat ad mortuos in purgatorio detentos in penis ꝓ peccatis hic cōmissis: & ita habūdat iustitia xp̄ianorū plusq̄ scribarū & phariseorū. Math. v. Ad secundū dicitur: ꝙ licet inter viuos & mortuos nō possit esse cōmunicatio ciuiliū operū corporaliuꝫ: tñ operum sp̄ualiuꝫ cōmunicatio q̄ est per charitatē ad deuꝫ: cui mortuorū spiritus viuunt: pōt inter eos esse. Ad tertium Dionysij respondet̃: ꝙ verba illa quasi argumētatiue ponit. Cui argumentatiōi respondet Tho. ꝙ opatio alicuius dupliciter alteri potest valere. s. aut ꝑ modū meriti: aut ꝑ modū suffragij. Primo modo nullius opatio alteri valere pōt ad statum glorie consequendū. Sors enī glorie redditur scd̃m mensuram accipientis: & per cōsequens nulli datur vita eterna ꝓ meritis alterius. Vnde hij qui in purgatorio sunt iam ad vitam eternam dispositi sunt: & illam ꝑ merita ꝓpria meruerūt. Licet aliquo modo ꝓpter

suorū peccatorum satisfactionē ad illam ascendere differant. Et ideo p modum suffragij quantū ad hāc retardationē per viā intercessionis & orationis mortui a viuis adiuuari possunt. Et ratio est: quia orationis ipetratio ad dei summā liberalitatē & libertatem ptinet. Ideoq; ad oia illa se extendere potest: que subdunt diuine ordinate postetati. Tho. in. iiij. d. xlv. Ad quartū respondet: q error Valdensiū cuz plene charitati & pfecte religioni xpiane sit contrarius dānat. Primo auctoritate xpiani populi que oi populo mūdi legalior est & prestātior: & ad alios populos se habēs tanq; lux ad tenebras: et aurū ad scoriā: & vinū ad feces. Nam eius clerus in oi sciētia & doctrina preclarus: in mundo tanq; lucifer effulsit & fulget: & eius sancti doctores: qui a seculo fuerūt veritate & sanctitate laudati orare p mortuis suadēt. Et ipsi dū in humanis essent: p mortuis sacrificabāt. Et quod dicūt q preceptu de dilectione pximi hic terminat mētiunt. Nam dicit Aug⁹ in li. de doctrina xpiana: q preceptū de dilectione dei & pximi in via incipit & in patria pficit: vbi oēs vires & motus aie semp actu & habitu in dei & pximi dilectiōe referunt. Ad illud autē Vigilātij respōdet Hiero⁹ in epl'a cōtra eū sic dicens. Dicis in libello tuo q dū viuimus orare mutuo p nobis possumus: postq; aūt mortui fuerimus nullius sit p alio exaudienda oratio: presertim cū martyres vltionē sui sanguinis obsecrantes ipetrare nequerint. Si apostoli & martyres adhuc in corpibus cōstituti possunt orare p ceteris qn p se adhuc debent esse soliciti: quanto magis post coronas & triūphos. Vnus hō Moyses sexcentis milib⁹ armorū ipetrat a deo veniā. Et stephanus imitator dñi & primus martyr i christo veniā psecutoribus deprecat. Et postq; cū christo esse ceperūt minus valebūt: zc. Hec

Henricus de Assia sup Genesim. & dominus Io. de tur re Cre. sup de pe. di. i. c. his auctoritatibus.

Uodecima questiũcula ē:

d An papa possit ex plenitudie clauis iurisdictio nis relxare p indulgentias in totu3 vel in partē penarũ eorũ q de facto sunt ĩ purgatorio. Ad quā videt̄ primo respondendũ negatiue: & prio sic. Nam nullus potest ĩdulgentiā facere nisi ei quē pōt iudicare. sicut di cit̄ de pe. & remis. c. qđ aũt. Null9 enĩ pōt iudicare nisi eũ q est de foro suo. Sed illi qui sunt defuncti nō sunt de foro eccl'ie: ergo non pōt papa in eis. Et p consequēs papa non hēt potestatē p illo aīarũ statu soluendi in to to vel in pte obligatiōs ad pena3 purgatorij. Itē dicit̄. 24 q. 2. Legat̄. & ĩfra. §. his auctoritatib9. Viuētes ñ mortu os soluere possum9 aut ligare. et mat. xvi. Quodcũq3 li gaueris sup terrā erit ligatũ & in celis: & quodcũq3 sol ueris sup terrā erit solutũ & in celis. Sed aīe depositis corporib9 statim desinũt esse sup terrā & de foro eccl'ie militantis: ergo papa sup illas potestatē non hēt. In con trariũ est pratica Romani pontificis q non est credēd9 in hac pte velle illudere fideles: dando indulgentias pro defunctis quā nō posset dare. Respōdeo ad hancquestio nē sub duab9 conclusionibus iuxta duas opiniones. s. aliquorũ theologorũ: & quorũda3 canonistarũ in hac materia cōtraria sentientiũ. Na3 theologi vere oēs cũ q= bus etiā conueniũt aliq canoniste tenent affirmatiue q indulgentie pontificū valent: non mō viuis: s3 etiā defũ ctis ĩ purgatorio. Que conclusio pbatur sic. iuxta ma= gistrũ Alexan. de Ales. & dñm Bonauen. in iiij. Pater misericordiarũ deus: oībus puidet scđm ordinatissimā dispositionē & misericordissimā suā pietatē. Sed recta ordinatio charitatis que exigit vt vnus possit ab alio

adiuuari hoc maxime exigit̃ circa eũ qui se iuuare non põt. Si ergo hoibus in hoc seculo qui indigent auxilio preuidit deus auxiliũ p indulgentiã ecclesie cõferendũ Cum etiã illi de purgatorio indigeãt auxilio & se iuuari nõ possunt. Videtur ꝙ indulgẽtie eis ꝓdesse maxime possint. Pro cuiꝰ cõclusionis declaratiõe ẽ notãdũ cũ sctõ Tho. in. iiij. di. xlv. ꝙ indulgentia dupliciter alicui ꝓdesse potest. Vno modo principaliter. Alio mõ scdario. Principaliter quidã ꝓdest ei q indulgẽtiaȝ accipit scilicet q facit hoc ꝓ quo dat̃. s. vt q visitat limia apostolorũ: vel aliqũ huiusmodi. Vnde cũ mortui non possint p se aliqd istorũ facere: directe eis indulgẽtie valere nõ possunt. Secũdario autẽ & indirecte ꝓsunt ei ꝓ quo aliquid facit illud qd est indulgẽtie causa: qd qñqȝ contingere põt: qñqȝ autẽ nõ cõtingit scdm diuersam indulgẽtiam. Si enĩ sit talis indulgentie forma. Quicunqȝ facit hoc vel illud: habebit tantuȝ de indulgẽtia. Ille qui hoc facit nõ potest fructum indulgẽtie in aliũ tarnsferre: qa eius nõ est applicare ad aliquẽ intentionẽ ecclie p quã cõmunicant cõia suffragia ex quibus indulgẽtie valent. Si autẽ indulgentia sub hac forma fiat. Quicunqȝ facit hoc vel illud pro se vel patre suo: vel quocunqȝ alio sibi adiuncto in purgatorio detẽto: habebit tantũ de indulgentia. Talis habebit indulgentiã nõ solũ ꝓ se viuo. sed etiã ꝓ mortuo: nõ enĩ est aliqua ratio quare etiam pontifex nõ posset transferre merita cõmunia quibus indulgentie innituntur in viuos & nõ in mortuos. Hec Tho. Ex qbus verbis manifeste patet ꝙ indirecte modo predicto indulgentie ꝓdesse possũt existẽtibus ĩ purgatorio si forma indulgentie ex intentione dantis hoc cõtineat Et dicitur notanter ex intẽtione dantis: qm̃ vt dicit dñs Petrus de palude. Quidã dicunt ꝙ solum ex sola inten

tione facientis id p quo indulgētia data est possit trans-
ferri indulgentia in illū q est in purgatorio. Qd nō est
verū nisi forma concedētis hoc cōtineat: qm sicut indul
gentia nō extendit vltra quantitatē nō expressam. Ita
nec sic psonā transgredit. Intentio ergo dispēsantis hoc
facit: qa sicut bona viuorū eis cōmunicant: sic & the-
saurus mortuorū. Idem tenet dn̄s Archidiaconus qui
sup. xxiiij. q. ij. c. i. tenet contra textū: q papa potest sub
terra quantū ad ecclesiam militantē. Dispēsans autē in-
dulgētias defunctis: vt dicit dn̄s Innocēti⁹ papa in. c. qd
autē de pe. & remis. Est solus papa. Et isti theologi re-
spondēt argumētis canonistarū in fronte questiuncule
factis. Et primo ad primū sic: q qui sunt in purgatorio
sunt aliquo modo super terram. Nam purgatorium est
quodāmodo via & quodāmodo terminus. Terminus
quidē quantum ad confirmationē: quia peccare ampli⁹
nō possunt. Sed quantum ad emendationē qua emendā
tur sunt in via & in transitu ad patriam vt dicit magi-
ster Alexander de Ales. Ad secundū dicendū q ponti-
fex directe & principaliter nō potest in existentibus in
purgatorio. Sed bene secundario & indirecte vt dictū
est. Ad tertiū dicendū scd̄m Albertum sup Math. xv. q
existentes in purgatorio sūt scd̄m aliqd sup terrā.: qa. s.
meruerūt dum viuerēt q eis etiā post mortē ad velociorē
liberationē possent indulgentie valere. Est alia opinio fa
mosa quorundā canonistarū cum quibusdā etiā theo-
logis dicentiū: q indulgentie pontificum nō valent in
purgatorio defunctis. Nam dicūt q licet potestas vicarij
xpi magna sit & imensa: nō tn̄ infinita: sed finita: se so-
lum extendens ad forū ecclie militantis. Et ideo cū mor
tui desinerint esse de foro ecclesie militantis: ppterea
cōcludunt tanq̄ verisimili⁹ q papa penas eorū in pur

gatorio ordinaria potestate in totũ vel ĩ parte mitigare nõ possit: sȝ solũ vt ceteri fideles hoc ĩpetrare potuit: precibus & meritis sancte vite. Et ꝓbant hanc conclusionẽ pluribus ratiõibus. Primo sic. Nullus a suo nõ iudice ligari põt: extra de pe. & remis. c. q̄d autẽ. Sed papa nõ est iudex defunctorũ. xxiiij. q. i. q̄dcũq; ligaueris. ergo. Item scd̄o sic. Par in parẽ imperiũ habere nõ põt: extra de electione. c. innotuit. ergo a fortiori nec minor in maiorẽ. Sed papa est minor deo: licet in terris sit deũ representans: extra de transla. c. inter corpalia. & ĩ ca. quãto. Sed deus in purgatorio cuilibet aĩe penam taxauit Apo. 18. Quãtũ glorificauit se & ĩ delitijs fuit tm̃ date illi tormentũ & luctũ: ergo ꝑ papaȝ deo inferiorẽ talis non põt a sentẽtia dei reuocari. Et confirmat̃ sic. Nam papa est xp̄i vicarius: vt in dicto. c. quãto. habet̃ & in clemẽtina pastoralis in fine de re iudicata. Sed vicarius nõ potest infringere legẽ dñi sui: nec contra eiꝰ statutũ venire vt allegant dñi iuriste in. l. si hoĩem. ff. mãdati. & l. formaȝ. C. de officio p̄fecti p̄torio oriẽtis. & noiat̃ in. c. scd̄o. & . c. de hijs de maioritate & obediẽtia li. vi. ergo nõ poterit facere cõtra statutũ dei taxantis penaȝ ĩ purgatorio. Itẽ arguunt sic. Illi q̄ quod indulgẽtie sonant: facere nõ possunt indulgẽtias nec consequunt̃. Sed mortui id facere non possunt: q̄a dicitur in bullis. Vere penitentibus & confessis: quod mortui facere non possunt: sicut nec alia sacramenta recipere. ergo. Itẽ indulgentia acquirit̃ per modũ meriti: Mortui autẽ sunt extra statum merendi: ergo. Corroborant etiaȝ hanc suam opinionẽ tribus argumẽtis in fronte huiꝰ questiũcule factis Hanc opinionẽ defendit dñs Frãciscꝰ Maronis ordinis minorum in lectura suꝑ decretales. Et dominus Henricus de Assia theotonicus magister Parisiensis: ordinis

predicatorū in lectura sup Gen̄. He sunt due opiniōes famose que cū ad inuicē aduersentur: & iurisdictionem siue auctoritatem pōtificum vtcūqȝ infirment & dubitent Fidelesqȝ a suffragiis mortuorū retardent. Idcirco ne ex perplexione & dubietate earū: quis posteratē pōtificis breuiet & coartet & a suffragiis mortuorū fideles declinent. Ideo aspirante deo sub quadā theologorū & iuristarū distinctione saluo semp catholico & meliori iudicio primo theologos & iuristas cōciliabo: deinde quomodo vnaqueqȝ earū opinionū verum dicat: nec pontifici aut defunctorū suffragiis aduersetur subnectam. Ex qbus postremo poterunt solutiones rationuȝ vtriusqȝ partes elici & haberi. Pro quo sciendū & diligenter notandū qȝ dn̄s Bonauētura in. iiij. di. xx. Et dn̄s Alexan. de Ales in sūma. Dicunt qȝ indulgentia pōt dupliciter cōsiderari. Vno modo p modū suffragij & adiutorij. Alio modo p modū iudicij. Si primo mō considerentur indulgentie: dicūt qȝ cū aīe in purgatorio existētes ratione charitatis in q̄ sunt idonee repiantur & disposite ad recipiendū beneficia sp̄ualia. Ideo si quis p animabus suoꝝ defunctorū indulgētias accipiat & dicat Dulcissime iesu: meritū quod haberē in hac ecclesia: eam visitando rogo te p tuā misericordiam tribue aīe patris mei: vl' fratris vel vxoris vel filij zc. ad eorū suffragium & auxiliū. Nichil obstat deū pijssimū hanc gratiā orāti si sit in gratia cōcedere. Si ex indulto pontificis sic indulgentie date fuerūt. Si autē indulgentia considereī p modū iudicij quod ꝑprie est de ratione indulgētie: cū indulgentia sic sumpta. Dicat aliquā cōmutationē in penam voluntarie assumptā: quod defunctis cōuenire nō potest. Manifestū est sic defunctis indulgentias nō valere: nec p eis accipi posse. Dn̄i vero canoniste sic dis

tinguūt: q̄ quedā sunt que nō dependēt a iurisdictione sed ab alio charitatiuo subsidio: vt oratio. elemosyne: sacrificium. & huiusmodi: & oīa talia possunt pficere defunctis. s. p modū suffragij & adiutorij: & in hoc pōt pōtifex. et p hoc faciūt oēs isti text⁹. xxiij. q. ij. c. i. & xiij. q. ij. c. tēpus. et. c. aīe & de pe. di. vi. §. i. & di. vij. c. vltimo & xxiij. q. iiij. c. hec aūt vita. Non enī est ratio q̄re eccl'ia nō possit huiusmodi thesaurū dispensare defunctis p̄ maxime cū adhuc sint membra corpis mystici p gratiā in qua sunt. Faciunt ad hec notata in. c. a nobis. de snīa excōicationis p dn̄m Io. Andreaȝ sup verbo: sup terrā. & notata etiā per eundeȝ in. c. quod aūt. de pe. & remis. super verbo. nō suo iudice. Quedam vero sunt dependentia a foro & iurisdictione simpliciter: sicut est concessio indulgentiarū que dari nō possunt nisi ab ordinarijs locorum: vt a papa: vel legato de latere: archiepiscopo: epō: vt patet in. c. accedentibus. extra de excessibus prelatorū. & ista nō possunt prodesse defunctis. s. p modum iudicij vt dictum est. Ex istis ergo distinctiōibus theologorū & canonistaruȝ patet iudicio meo quomodo veritatem habeant vtreq̄ opiniones. & queadmodū argumentis eaꝝ sit respondendū. Hec oīa collectiue ex dn̄o Io. de tur. cre. sup decretū vbi supra. & Henrico de Assia sup gen̄. & ex alijs theologis & iurispontificib⁹.

Tertiadecima questiūcula

est: Si papa de plenitudine sue iudiciarie potestatis possit ligare vel absoluere existentē ī purgatorio. Ad quā primo videt̄ aliqbus respondendū negatiue: & primo sic. Nam papa illos pōt absoluere in q̄bus habet iurisdictionē: sȝ mortui nō sunt eius iurisdictiōis. scd̄m illud Mat. xvi. Q̄dcūq̄ ligaueris sup terrā. glo. super terram inquit: nō sub terra; ergo. Item scd̄o ar

guūnt sic ex.c. cū medicinalis.de snia excōica. li.vi. Excōmunicatio debet esse medicinalis: sed nō pōt esse medicinalis mortuis: ergo mortuus nō pōt excōmunicari Itē tertio sic: vt habet.xxiiij.q.ij.§.hijs auctoritatibus. Viuētes nō mortuos soluere vel ligare possum⁹: ergo. In oppositū est: qa illi quorū scripta heresim cōtinēt & heretici & scismatici: & qui hereticos instituūt heredes, & q seipsos voluntarie occidunt: post mortē sunt excōmunicandi.xxiiij.q.ij.c.sane. Rūdeo dicendū q excōicatiōe pprie dicta que est a q̄libet licita cōmunione & legitimo actu sepatio vt diffinit.xi.q.iij.c.Ad mensas.§.euidenter siue put dicit seperatio a cōmunione eccl'ie quo ad fructū & suffragia ecclesie cōmunia put diffinit eam mgr snias: in.iiij. di. xviij.mortuus nō potest excōmunicari: & p cōseques nec absolui. Ista conclusio pz ex rationibus factis in pricipio. Et etiā cū excōmunicare ptineat ad potestatē iuridictionis. Nam excōicatio sequitur iurisdictionē: extra de electione.c.transmissar. Mortui autē desinerunt esse de iurisdictione prelatorū ecclesie: igitur. Item oēs in purgatorio existētes decesserunt in charitate hic acqsita semp in eadē perseueraturi: igit. licet nō sint de foro ecclesie militantis: tn̄ sunt coniuncti viuis insolubiliter vinculo charitatis ppter qd vinculū ampli⁹ a participatione suffragiorū cōmuni ecclesie excludi nō possunt: nec a cetu fideliū separari: ergo sequit q loquēdo pprie de excōicatione nullus mortuus potest excōmunicari. Si aūt excommunicatio accipiat p denūciatione excōicationis: quia denunciatur aliquis fuisse excommunicatus ne i ecclesia fiat oratio p eo: nec etiā habeat cū fidelib⁹ sepulturā communē bene potest mortuus excommunicari. Et dignū est q fiat hoc. Patet istud primo: qa si pbatur post mortem q aliquis fuerit

hereticus: dignum est q̄ a cõmunione ecclesie denūcietᷣ separatus. Secūdo in dignū est q̄ ecclesia pro tali oret sicut p̄ fideli. Ne ergo particeps videatᷣ orationū fidelium dignum est vt per sententiā innotescat fidelibus p̄ tali nõ esse orandū. Ex hijs patet error illorū qui dicunt q̄ si q̄s iusta causa excõmunicatus ĩ excõmunicatiõe moriatᷣ: etiā si finaliter peniteat, & ĩ charitate moriatur nõ vadit ad locū purgatorij communē: sed eijcitur ex cõmunitate eorū in loca exteriora: nec sentit suffragia ecclesie donec ibi absoluatur: vbi iustis de causis excommunicatus fuit. Et ideo q̄n̄q̄ diu post absoluūtur: q̄a vinculum excõicationis in hac vita iuste susceptum secū in purgatorio trahunt. Sed hoc patet esse falsū. Nam si q̄s iuste excõmunicatus fuit & non penituit in morte: cū excõmunicatio iusta presupponat peccatum mortale: iste damnabitᷣ. Si autē finaliter penituit: licet non constet quid sit de eo: nunq̄ tñ post excõmunicationē incipiet carere in purgatorio suffragijs ecclesie: ratione charitatis & gratie ĩ qua mortuus est: vt in. c. a nobis. sc̄do. de sñia excõi. dicitur. Sed petitᷣ si excõmunicatio post mortē a papa vel p̄latis ecclesie non priuat excommunicatū a participatione & consortio fideliū: vel a participatione suffragiorū. Ad quid ergo excõmunicantᷣ aliqui post mortē? Respondetᷣ, q̄ tales excõmunicantᷣ in detestationē criminis & terrorē eorū qui sup̄ sunt: viuorū. Vnde quo ad hoc etiā talis excõmunicatio vtilis est & medicinalis: licet non illis in quos fertur: sed alijs qui hac pena terrētur & a malis retrahūtur. Item si talis excõmunicatio non habet effectū in aiabus mortuorū: habet tñ in eorum corporibus que hic remanserūt. Illa enim vi excõmunicationis sepeliri non debent in locis sacris: & si sepulta ibi sint debent exhumari; vt in. c.

sacris de sepulturis. Item excōicatio talis est publicatoria dānationis aliquorum vt sciaт̄ pro eis orandū nō esse & suffragia ecclesie eis nō prodesse. Sed petitur secundo si excōmunicatus cōpleta penitentia oimoda casu moriatur morte subitanea anteꝗ̄ absolueret̄: an ꝓhibeat̄ ab ingressu ecclesie triūphātis donec auctoritate supiorum absoluat̄ & interim ꝑmaneat in purgatorio. Rn̄det̄. Iudicent hoc & diffiniant qbus iudicia dei patēt: que me latent dicit Henricus de Assia. Hijs visis dicendum est ad rōnes in oppositū: & primo ad primā: ꝙ ratio illa ꝓcedit de excōicatione ꝓprie dicta: Ad secundū respondet̄ ꝙ illud inelligit̄ de excōmunicatione que fert̄ in viuos q de morte peccati possunt resurgere ad statū gratie nō de illa que fertur in mortuos. Vnde ꝙ illi mortui excōmunicant̄ non est ꝙ illa excōmunicatio sit illis pena vel medicina: sed in detestationē criminis & ad terrorē aliorū qui hoc terribile iudicium ecclesie videntes in similia cadere ꝑhorrescant. Ad tertiū respondet̄: ꝙ intelligit̄ etiam de excōmunicatione ꝓprie dicta. Hec Io. de turre crema. sup causam. xxiiij. q. ii. c. quod aūt. & dn̄s Henricus de Assia super Genesim.

Quartadecima questiūcula

est: Si papa de genere plenitudīs sue iudiciarie potestatis totū illd possit euacuare purgatoriū. Ad quā videt̄ prio respōdendū affirmatiue: & sic. Nā papa in terris est vicarius christi extra de trāsla. inter corporalia &. c. quanto ergo facere potest que ipse facit. Sed christus in resurrectione descendēs post victoriā ad purgatoriū ex singulari gratia recōpensans residuū penarū purgādorū in purgatorio repertorū: habundātia meritorū sue nouiter passionis: purgatoriū euacuauit om

nes animas inde secum ad celos adducẽdo. Sicut papa in die electionis vel coronationis omnes supplicatiões signat. Et rex nouiter coronatus: vel nouiter ciuitatem aliquam ingrediẽs omnes captiuos liberat. Ergo & papa christus in terris simile facere potest: & totum simul si voluerit euacuare purgatorium. Sed incontrariũ est: quia in indulgentijs requirit̃ causa conueniens indulgentias faciendi: nulla autẽ causa cõueinens potest interuenire vt papa euacuet simul totũ purgatorium: vt dicit Tho. in. iiij. di. xlv. ergo. Rñdeo dicendũ ꝙ papa de genere plenitudinis sue iudiciarie potestatis euacuare nõ potest simul totum purgatoriũ. Hec conclusio ꝓbatur quadruplici ratione. Primo: quia sicut ex supradictis colligitur indulgentia non potest ꝓdesse defunctis existẽt bus in purgatorio directe: sꝫ idirecte inquantũ p amicos põt fieri ꝓ eis id ꝓ q̃ io est idulgẽtia ordinata: si tñ hoc habeat forma indulgẽtie. Clarum aũt est ꝙ nõ oẽs de purgatorio habẽt huiusmodi amicos i hac vita qui ꝓ eis hoc implere possint: ergo. Secũda ratio est: quia ad hoc ꝙ indulgentie valeant requiritur causa cõueniens indulgentias faciendi: vt dicit Tho. in. iiij. di. xlv. Nulla autẽ causa talis potest interuenire: ergo. &c. Tertia ratio est: q̃a minister in dispẽsando dñm principalem debet imitari. Nam aliter indiscrete dispensando principalis dominus non appbaret dispensationẽ. Deꝰ autẽ per seipsum sic miseretur ꝙ semper vult timeri sua iustitia: multo ergo fortius dei minister. i. papa debet discrete & cũ moderamine bona ecclesie & thesaurũ eiꝰ dispensare. Vnde licet bona tẽpalia possint a papa nõ solũ de iure dispensari: sed etiã dissipari de facto: quia ẽ lo aliter diceret ius diuinũ esse faciendũ. Bona tamen spiritualia dissipari nõ possunt nec contra diuinã accepta-

tionem distribui. Quarto: qa quilibet minister modum eius cuius ministeriũ gerit debet imitari. Christus autẽ cuius vniuersalis minister est sũmus pontifex: descendens ad purgatorium non eduxit inde omnes animas: vt dicit Tho. iij. par. q. xlv. ar. viij. sed solum illas que suum purgationis tempus compleuerant. Nam vt dicit. Virtus passionis christi nõ habuit maiorem efficatiam in principio passionis & victorie ab inferis: quã habeat nunc. Passio eni eius nõ habet temporalẽ virtutem & transitoriã: sed sempiternam: scdm illud Hebre. x. Vna oblatione cõsũmauit in sempiternũ scĩificatos. Sed nũc virtute passionis xpi ñ liberant a purgatorio nisi illi q tempus purgationis expleuerunt. Ergo & tunc qui tales erant ꝙ penã & tempus purgationis nõ expleuissent non fuerunt per christum a purgatorio liberati. Ad argumentum autem in oppositum quod est beati Vincẽtij. & dñi Henrici de Assia dicitur: ꝙ intelligatur christũ cẽs liberasse a purgatorio de vigore misericordie: non autem de vigore iustitie. Et sic intellexerũt Vincenti⁹ & Henricus de Assia. Hec. s. Tho. vbi supra. & dominus Bonauen. in. iiij. di. xx. & dominus Iohan; de turcrema. super decre. vbi supra.

Quintadecima questiũcula

q est: Si duo in purgatorio existentes digni equali pena vnus altero inde possit citius liberari. Ad quã videt̃ pric rñdendũ negatiue: & primo sic. Nã quantũcũq merita in celo & inferno sint inequalia: sunt tñ ibidem premia & supplicia equaliter durantia: ergo pari ratione vt videtur debet esse in pena purgatorij. Sed in oppositũ est similitudo apostoli qui differentias venialiũ assignat per lignum & fenũ & stipulam: sꝫ constat ꝙ lignũ diuti⁹ manet in igne ꝙ fenũ: & stipula:

ergo vnū peccatum veniale diutius punit in purgato-
rio ꝙ aliud & citius: & citi⁹ vnū altero purgat. Rūdeo
dicendū est sub vna conclusiōe: ꝙ ī igne purgatorij vn⁹
citius vel tardius alio liberat. Hec cōclusio ꝓbat ratio-
nibus & auctoritate. Primo rōne inhesiōis. Nam iuxta
sctm̄ Tho. Venialia quedā sunt maioris adherētie ꝙ
alia. scdm ꝙ affectus magis ad hec inclinat & fortius in
eis figit. Sed ea que sunt maioris adherētie tardius pur-
gant: ergo in purgatorio: tm̄ aliq diutius torquent ꝙ
alij scdm ꝙ affect⁹ eorū ad venialia fuerūt magis īmersi
Scdo ratiōe aggrauatiōis. Nam in foro penitētie respō
det grauior pena nō solū quantū ad intentionē: sed etiā
quantū ad duratione. vt pꝫ inspicienti canones in qbus
pnie taxant scdm iudiciū ecclesie rectū: sed iudiciū eccle
sie rectū conforme est cū iudicio diuino ergo similiter
erit apud iudiciū diuinū: qđ qui grauius offendit &
diutius in culpa ꝑmansit pena acerbiori puniet & diu
turniori. Tertio rōne obligationis sic. Anima nō est in
purgatorio nisi adsoluendū debitū qđ ex hac vita traxit
sed quanto debitū est minus vel maius: tanto citius vel
tardius soluit: ergo scdm ꝙ aīa in purgatorio maius vł
minus debitū habet tanto diutius vel citius purgatur &
fertur in celū. Quarto ratione subiectionis. Vnde mgr
snīarꝫ dicit in. iiij. ꝙ ille ꝑ quo fiūt plura suffragia citi⁹
a pena purgatorij liberat. & hoc. s. Tho. allegat quoli-
beto. ij. q. vij. ar. ij. Secūdo ꝓbatur auctoritate: & primo
Augustini in Encheridion q dicit. Post hanc vitā incre
dibile non est nōnullos fideles ꝑ ignē quendā purgari:
quātoqꝫ magis minusue bona peritia dilexerunt: tanto
tardius citiusqꝫ saluari: qsi scdm suos amādi modos diu
tius vt lignū: vel minus vt fenum: vel minimum vt sti
pula ignem substinebunt. Rursus. Qui grauius offēdit

dignū est vt puniatᷣ pena acerbiori: dilatiōeq; patrie longiori: diuina hoc iustitia faciente: que oībus decentissime reddit premia meritorū. hec ille. Ad argumēta aūt diciᷣ negando consequentiā: & ratio est: qa non est sic. Nam vt inqt. s. Tho. in. iiij. Peccatū mortale cui debeᷣ suppliciū eternū: & charitas cui debeᷣ premiū paradisi post hāc vitā imobiliter radicanᷣ in subiecto: & iō quātū ad dānatos & saluatos eadē diuturnitas est vtrobiq; sec⁹ aūt est dispositiōe pcti venialis ꝑpter quā aīe puniūtur ī purgatorio: qa ista nec ē in eis īmobiliᷣ radicata: nec eqliter adheret oībus: & iō a qbusdā citius ꝙ ab alijs remouetur Io. de turre. cre. sup di. xxv. decrati. c. qualis.

Quinta questio hui⁹ tertij

capitis prime decadis est: de qrto receptaculo aīarum. s. de limbo paruulorꝫ cū solo originali decedētiū. Circa quā sex qstiūcule soluenᷣ: quarū qlibet infra suo ordine enucleabiᷣ.

Prima questiūcula ē: Quō

differat limb⁹ scōrꝫ pr̄m dictus sinus Abrahe: a limbo puerorū. Ad quā sic rn̄detur: ꝙ limbus puerorum & limbus scōrum patrū differunt quantū ad quatuor. Primo quantū ad spem vite eterne: qa pueris decedentibus cū peccato originali nō adest spes btē vite. Patrib⁹ aūt ī qbus lumē fidei & gratie refulgebat: spes btē vite aderat. Scdo quantū ad crimē: qa culpa in sanctis patribus erat expiata scd̄m ꝙ erat infectiua ꝑsone: remanebat tn̄ impedimentū ex pte nature, ꝑ qua plene non fuerat satisfactū: & iō eis debebatur pena tpalis. Pueris aūt est īpedimētū ex pte nature & ꝑsone: & iō eis debeᷣ pena eternalis. Tertio qa nomē limbi puerorū nunq; fuit translatū in aliud: sed nomē limbi sanctorū patrū

nõ intelligit diuinationẽ in esse aĩe a natura: sed per re
uelationẽ vt dictuz est in corpore questionis. Hec Tho.
pri. par. q. lxxxvi. & intra questiunculam adducti.

Secunda questiuncula est:

Vnde causať in aĩabus extasis siue raptus. Ad
quas sic respondeť: ꝙ cum in extasibus sopianť
vires iferiores & aĩa sepe ad ministrationẽ corpis suspẽ-
dat. Ideo sciendũ est ꝙ in hoĩe ẽ triũ viriũ naturalis ordo
& ad inuicẽ cõnexio. s. virtutis naturalis: aĩalis siue sen
sitiue & intellectualis. & de cõi cursu virtus naturalis
seruit aĩali: et aĩalis siue sensualis seruit virtuti ĩtellectu
ali. Nam videm⁹ ꝙ virtus naturalis indiget in suis opa
tionib⁹ calore & spiritib⁹ q̃ a corde originaliter ꝓcedũt.

& diffunduntꝰ per oia organa sensuū:|& manifestū est etiā ꝙ illis organis interius & exteriꝰ magis laborātibꝰ: natura ibi de illis magis diffundit: & sic vno mō cōtingit illa organa in excessu actuatiōis virtutis sensitiue distrasiari vł discrepari. Et iterꝫ spūs naturales qbus indiget virtus digestiua exterminatꝰ vł deficit ꝓpter mltitudinē generationū spirituū sensitiuoꝝ. Ex quo pꝫ quō vehemēs & fixa & ꝓfunda actuatio virtutis sensitiue interioris sopire pōt sensus exteriores: & sił'iter debilitare vires naturales ꝓpter illarū viriuꝫ cōnexionē. Ex hoc primo sequ ē scdm. s. quod oīs vehemens intellectualis spirituū cōtemplatio in q̄ fantasia vel interior sensitiua excessiue laborat naturales vires eneruat & soporat sēsus exteriores: & sepe inducit extasim vel raptū: ꝙ si in vehementi & intensa seu excellenti pure intellectuali cōtemplatiōe vires sensitiue nō laborarēt aut nullā depēdentiā haberent vires naturales & animales: vel nō impedirentꝰ: hoc oportet ꝓuenire aliunde ꝙ̄ ratione dicte cōnexionis. Hec Henricus de Assia super Genesim.

Ertia questiūcula ē: Quot

t duplex est gradus extatice cōuersiōis in deū seu cōtemplatiōis spūaliū. Ad quā rn̄detꝰ ꝙ quadruplex. Primꝰ cū aīa ꝓpter vehementissimā intentionē & eleuationē virtutis intellectiue in illa spūali pura & excellētissima cōtemplatiōe dei suspendit & relinquit corpus quo ad oēs opationes sensuū exteriorū & interiorū & actionū oīm naturaliū viriuꝫ: & hic gradus extasis primꝰ fuit in Adā: de quo dicit quedā glosa: ꝙ sopor ille diuinitꝰ ei īmissus vires rationales nō clausit. Sed obturatis siue sopitis corporis sensibꝰ mentis oculos aperuit limpidius vt scire posset quid erga se ageret omniū

artifex sapientia dei: & qd in pteritis fecerit: & de longissime futuris factura esset. Hunc primū gradū ascē dit.b.Paulus q nesciuit an aīa vegetaret corpus an corpore relicto in paradisuꝫ rapta esset: vel etiā forte simul in vno loco vegetaret: & cū hoc realiter in celo empyreo esset. Secūdus gradus extasis est in quo aīa relinqt corpus quo ad oēs opatiōes sensuales interiores & exteriores licet nō suspēdant opationes naturales sicut in prio gradu. Tertius gradus est in quo aīa in cōtemplationē intellectualiū rapta solū relinqt corpus quo ad actū sensuū interiorū. Quartus gradus est & infimus qn̄ sopiūtur solum sensus exteriores p intensam actuationē sensus interioris simul et intellectus & rationalis effectus. Causas haꝝ extasium Ricardus de scō Victore libro de cōtemplatiōe reducit in tria genera dicēs. Trib⁹ de causis vt michi videt̄ in mentis excessum adducuntur: quia vel ex magnitudine exultationis fit vt mens qnq3 sic se metipsaꝫ nō capiat: & supra ipsā eleuata vires inferiores sopiant. Magnitudine ergo deuotiōis aīa tanto eleuat̄ quāto diuino amore & charitatis desiderij igne succendit̄ & resoluit̄: vt quasi fum⁹ eleuet̄. In sūma magnitudine vero admiratiōis aīa in extasim rapitur: qn̄ in admiratione sūme pulchritudinis aut diuine maiestatis suspensa tam vehemēti sopore cōcutitur vt a suo statu penit⁹ excuciatur. Magnitudine gaudij vl' iocūditatis aīa rapitur qn̄ illa intimi amoris suauitatis habūdantia inebriata: qd sit: qd fuerit penitus obliuiscit̄: & sup mundanū quendā effectū sub quodā nostre felicitatis statu raptim transformatur. Ex qbus patet q aīa p statu vie pōt tm̄ eleuari ad excessum cōtemplatiōis pure intellectualis q intellect⁹ nō vtet̄ ministerio fātastice sensitiue interioris vel exterioris cū sopitione virtiū inferiorum

aīalium & remissione naturaliū: vt patet in viatoribus ēxcessiuis. s. in adaȝ in statu nature ītegre: & Paulo apostolo & quibusdaȝ aliis. Hoc patet: qa intellect⁹ eorū separaī a fantasmatib⁹ quorū nullum est tante eminentie vt possit diuinaȝ essentiam rep̄sentare. Nec etiam aliqua intellectualis species creata: imo etiam in illa clara dei visiōe mens ita rapit̄ vt nichil ꝓ tunc percipiat aliud nec sensitiue nec intellectiue. Vnde talis visio tm̄ aliena uit. b. Paulum & operationē anime ei⁹ in corpus taliter suspendit: ꝙ nesciuit an etiam aīa corpus animaret vł separata esset. Propter q̄ dicit Tho. ꝙ impossibile est ꝙ homo in statu vie videat clare deū p essentiam sine abstractione a sensibus aut sine extasi aut raptu quo sopiant̄ vires animales. Vnde & Exodi dicit̄. Non videbit me homo & viuet. Ex quibus patet ꝙ cū Adam & Paulus eundē gradum primū extasis habuerint: & ergo equales intēsiue (Non autē forte extensiue) theologi cōstituti sunt. Hec Henricus de Assia super Genesim.

Quarta questiūcula est: An

q Plato & Aristoteles potuerint naturaliter tantam theologiā acqrere: quantā Adā & Paulus in extasim positi. Ad quam rn̄dent aliqui opinatiue: ꝙ Adam & paulus nō fuerunt maiores philosophi Platone & Aristotele. & isti tenent ꝙ intellect⁹ in corpe manens potest se sine admini culo & actione virtutis sensitiue seu fantastice reducere in contemplationē pure intellectualeȝ scientie. & se actuare respectu specierū & habituū quos alias intellexit. Et ꝓbant hoc primo: qa nō videt̄ nobilis virtus intellectiua magis depēdere in reductione ad suum actū a virtute sensitiua interiori: ꝙ ipsa sensitiua interior a sensib⁹ exteriorib⁹: sine quoruȝ

tamen actionibus sepe interior sensus exit in actus su-os: sicut in somnis manifestum est. Item non videt̃ ve-risimile ꝙ ista nobilis natura intellectualis esset a creato re deo tam insepabiliter illis corporeis viribus sensus al ligata ꝙ sine earũ actuatione in nullu3 actum cognitio nis posset se reducere: & ꝙ ꝑ nullu3 exercitiũ in cogno-scẽdo & intelligẽdo posset acqrere in sui natura speci-es intelligibiliũ & habit⁹ ꝑ quos suspẽsa oĩm actuatiõe sensitiuarũ viriũ pure intellectualiter aliqd celestiũ vel aliorũ cognoscere posset. Item in statu nature integre seu innocẽtie talis modus cognoscẽdi & contemplandi pu re & intellectualiter videtur vtiqꝫ possibilis fuisse: sicut & in statu corporis glorificati: pro quo statu forte intel lect⁹ licet informabit corpus: tamen in nullo iuuabitur a cognitionibus sensitiuis nec interioribus nec exterio ribus. Et ideo nõ est essentialis nec tam necessaria cõne-xio virtutis intellectiue existentis in corpe ad vires sensi tiuas ꝙ sine illis nobilis vis intellectiua nõ sit apta na-ta se cognitiue actuare. Item si sic: ergo anima rationa-lis exuta nichil intelligeret nec sciret de cõmuni cursu de omnibus hijs que in corpore sciuit: nec respectu quo rũcunqꝫ intelligibiliũ ex habitibus & speciebus in cor-pore acquisitis se actuare posset: quod videt̃ magne im perfectionis. Hec sunt argumenta dñi magistri Henri ci de Assia que adduxit Parisius disputãdo in hanc ma teriam. In oppositum est scola omnis cõmunis dicens ꝙ quiditas rei materialis est obiectum intellectus via-toris. Et experientia demonstrat fantasiam laborare cũ intellectualiter operamur seu occupamur. Patet ergo ꝙ nullus purus viator philosophus in theologia Paulo et primo parenti se potest comparare. Et sic patet respon-sio ad questiunculã. Hec Henric⁹ de Assia super Geñ.

Quinta questiũcula ẽ: Quare mulieribus sepius fiũt reuelationes q̃ viris. Ad quã r̃ndet q̃ de hoc a phis triplex causa naturalis solet assignari. Prĩa accipit ex q̃litate cõplexiõis: qa mulieres naturaliter multũ hñt de humido: humidum aũt cũ inceptuȝ est moueri nõ cessat quo vsq̃ attigat ad id q̃d intendebat. Ex quo cõtingit mulieres diutiꝰ stare in suis cogitationibꝰ & imaginatiõibus q̃ viros. Vnde vir citius digeret suas cõceptiones vel imaginatiões q̃re minus apparẽt eis mirabilia. Et qa humidũ etiã (q̃d vt dictũ est in mulieribꝰ habũdat) est bene receptiuũ figurarũ: & diuersas etiã figuras recipit exinde est q̃ ipsis mulieribꝰ apparẽt plura mirabilia & diuersa somniando. Scd̃a causa accipit ex defectu rationis. Naȝ mulieres (sicut dicit in politicis) hñt rationatiuũ inualidũ vnde minime vigẽt ratione et discretiõe in compatione ad viros, pp̃ter q̃d si eueniãt mulieribꝰ aliq̃ fantastice appitiones & visiones mirabiles: minus est ratio cõtradicẽs q̃ i viris. Tertia cã sumit ex habundãtia passionis. Nam sicut dicit phũs in li. de somno & vigilia. Illi q̃ sunt ĩ passionibꝰ ad modicã silĩtudinẽ mouent & credũt veruȝ eẽ q̃d apparet. Vnde qa in mulieribꝰ habundãt passiones: ideo statim ad modicã similitudinẽ vl̃ speciẽ credunt ei q̃d sibi apparet. hec ex Iohãne de sancto Geminiano.

Sexta questiuncula est: An prophetie & reuelationes vaticinantium & quandoq̃ raptarum mulierum christo vere deuotarum: vt puta Brigide. Catherine de Senis & similium haberi debeant pro indubitanter veris & predicari tanq̃ a spiritu sancto edite. Ad quam responde

tur simplici i q ne p indubitanter veris haberi debeāt nec tanq̃ a spū sctō edite acceptāde vel p̄dicande sunt. Tū q̃a huiusmodi similia fieri possunt ex industria hūana exercitata: & lumie fidei confortata. Tum q̃a nichil phi bet illas qnq̃ fuisse illusas eo q forte nō sine culpa p̄sū pserūt illa facere que ad eas nō ptinuerūt. Docere eni vl p̄dicare mulierib⁹ iuxta aplm nō pmittit. Tū quia potuit fallere eas qnq̃ fantasia nimis fatigata. Tum quia si libri earū bene considerent occurrūt ex dictis & modis dicendi aliq̃ minus sapida: minus rōnabilia aut veritati dissona. Tum q̃a pphetie eaꝝ supuacue vident & doctrine. Cum autentice ex sacris scripturis & sanctis doctoribus habeat: quicq̃d de talib⁹ est saluti necessarium. Tum q̃a stat aliquē esse valde sanctū: & tñ oēm doctrinā eius esse ex spū humano. Tum q̃a nō cōstat eas missas fuisse ad docendū vel p̄dicandū a deo: nā si deus officio earū voluisset in docēdo & pphetando uti: vtiq̃ sanctiorib⁹ mulierib⁹ i hoc vsus fuisset vt sctā Helisabeth: & sibilibus: quas cōstat nichil taliū attētasse: sꝫ solū studuisse pfectioni virtutū: nichil se itromittētes de ipertinētib⁹ earū statib⁹. Potuit tñ esse q deus ad supplendā negligētiaꝫ ordinarioꝝ: & ad ipsorū maiorē confusionē suscitauerit quādoq̃ & suscitet quasdā mulierculas tanq̃ doctrices & pphetas: sic etiaꝫ apparet in varib⁹ vtriusq̃ sexus i populo hebreorū: vt sic pp̄ter nouitatē et raritatē: mulierū doctrine legant ab hijs q diuīos libros & diuinas scripturas legere neglexerunt: & cupiunt doctrinarum nouitatibus auribus prurire & conuerti ad fabulas poetarum. Sicut etiam pp̄ter negligentiam iudicum israel suscitauit deus spiritū pueri iunioris Danielis ne sanguis innocens Susanne effunderet. Dan. xij. Hec Henri. de Assia super Genesim.

Caput Octauum

Septima questiuncula est:

An vaticinia futurorū a Sibillis: & quarūdam magnarū & phitonissarū in populo gētili. sint credēda eis reuelata a spū sancto: & q̄re solis Sibillis mulierib⁹ apud gentiles concessū est de xp̄o vaticinari: & nulli alteri: ex vatibus babilonicis: philosophis siue poetis. Ad quā sic respondet Aug⁹. xxi. de ci. dei. ꝙ Sibille siue bone fuerint siue male: in hijs que de xp̄o & alijs ad salutē humanā ptinentibus p̄dixerūt: credendū est ꝙ a deo fuerint inspirate. Non eni est verisimile ꝙ diabolus reuelaret hominibus ea que ꝓ salute eorum presciebat esse ventura. Et ꝙ sit hoc verū de Sibillis bonis: patet ex nominis interpretatiōe. Dicit̄ enim Sibilla quasi dei mens: quia syos grece latine dicitur deus: & bellē. i. mens. quasi mens dei. Erant enī (vt Aug⁹. xviij. de ciui. dei. c. xxiij. & Isidorus. viij. li. ethimo. dicūt) apud gentilem poplm quedam femine virgines: vel nō virgines famose in cognitione occultorū de futuris: & alijs: que quidem apud gentiles consulebant̄ in dubijs euentib⁹ quasi ex merito singularis vite noticiā mētis dei vel deorum habentes: sicut apud habreos consulebant̄ veri prophete. De qbus dicit Aug⁹ vbi supra: ꝙ sicut olim extra populum isrl̄: & ante in populo gentili erant aliqui boni & sancti viri a deo specialiter illuminati & directi: de quibus fuit Iob. Cornelius & alij. Sic etiā & alique femine sancte & religiose esse tunc poterāt a deo de futuris de xp̄o & alijs specialiter illuminate. Vnde de vaticinio vnius illarū Sibillarum dicte Erithea vel Cumana loquēs Aug⁹ vbi supra dicit: ꝙ a deo nichil hēt in toto carmine suo qđ ad deoꝝ falsoꝝ cultū ptineat vt in eoꝝ numero merito cōputāda videat̄ que ptinēt ad ciui-

patẽ dei. De malis etiã mulierib⁹ siue magis & diuinatri-
cib⁹ vanis artib⁹ ĩbutis: pꝫ etiã ꝙ aliq̃ earũ magis ydonee
ex dignatiõe diuine clementie in testimoniũ salutariuꝫ
futurorũ poterant certis occasionib⁹ datis: illuminari
specialiter a deo de faciendis: sicut occasione data illu-
minatus fuit Balaam ariolus qui licet malus fuerit: tñ
preclaram de xp̃o ꝓphetiam expressit: vt patet Numeri.
xxiiij. Donũ enĩ ꝓphetie nõ solum se extendit ad bonos
sed etiam cõmune est bonis & malis: sicut & cetere gra
tie gratis date. In ceteris vero ad xp̃m nõ ꝑtinẽtibus iste
diuinatrices mage: a diabolo poterant illuminari: sicut
supstitiosi sapientes babilonij. Sed si q̃s quereret quare
in solo sexu femineo inuente sunt apud gentiles que-
dã mulieres ꝓphetisse de xp̃o vaticinãtes: et nullus de va
tibus famosis babilonicis in artibus diuinatorijs exper-
tes: quos reges gentium in dubijs consulere cõsueuerũt
vt patet de Pharaone & Nabuchodonosor & aliquib⁹
phõꝝ aliq̃d de xp̃o: vel de futuro iudicio: aut de resurre
ctione & ceteris de q̃bus Sibille locute sunt: vaticinatus
est. Respondet ꝙ hoꝝ & siliuꝫ secretorũ dei rõneꝫ red
dere põt solus q̃ a deo de huiusmodi ẽ eruditus. Vel for
te sic factũ est cõsuetudine dei qua sepe eligit ĩfirma hu
ius mũdi vt confundat fortia. philosophi autẽ sequẽtes
solum cognitionem que naturali inuestigatiõe de deo
& creaturis haberi poterat: ponẽtes obicem p̃sumptiõis
& supbie: diuĩas reuelatiões desup recipere nõ merue-
runt. Potuit tñ fieri occulte a deo: vt etiã poete aut aliq̃
phi vt aliqua fingerẽt vel dicerẽt: que deus ꝓ generali sa
lute hoĩm facturus erat in mundo: licꝫ illi phĩ vel poete
ad huiusmodi nõ respicerẽt sed ad alia: circa que eoꝝ
intẽtio versabat̃ sicut factũ est ĩ Caypha & Virgilio &
alijs. Hec ex dño Henrico de Assia super Genesim.

s Ecunda questio octaui

capitis est de somno corporali. Circa quam tres questiuncule soluentur: quarū quelibet infra declarabitur.

p Rima questiūcula est: Quid

sit somnus corporalis & vnde causat̄. Ad quam sic respondet: ꝙ somnus scd̄m phōs est retractio ad interiora: spūs vitalis & aīalis: quorū alter est vehiculum caloris: & alter speciei sensibilis. Vel vt alij dicunt. Somnus est fixa suspensio viriū aīalium. i. sensitiuorum ab actibus suis. Qđ de cōi cursu contingit ex hoc ꝙ diffusio spirituū vel alterius influētie ad sensationes necessarie impeditur a corde vel cerebro: & q̄diu hic influxus impedit̄: tamdiu cessant & qescūt vires sensitiue ab actibus suis. Potest aūt dictus influxus īpediri vel nō fieri multis de causis & modis. Primo vt dicit Albertus ex parte corpis: sicut fumalis euaporatio ex mēbris digestiuis ascēdens p venas ad regionē cerebri frigidā: vbi fumus illo frigore condensatus: descendendo constringit neruos: & obstruit ceteros meatus spirituū ad organa exteriorꝫ sensuū: q spiritibus ad ipsorum actuationem reqsitis sic priuati nō pcipiunt exteriꝰ obiecta. Alij clarius idem sic dicunt: ꝙ dictus influxus impeditur p fumum ascendentē a membris digestiuis ad cor: vł ad locum capitis. i. cerebrū: vbi est concursus neruorū deferentiū spūs. vel vbi spūs naturales sublimant̄ in spūs aīales: q quidē fumus p dictū influxū īpediri pōt: vł replēdo neruos: vel cōprimendo vel ad frigiditatē redactus constringendo. pōt etiā naturaliter ex pte corporis fieri sopor sine tali fumo: & hoc pp̄ter aliquā oppilatiōē seu alterius modi obstructionē meatuū interiorū. Causat̄

etiā somnus ex pte aie,ppter cōcursū caloris & spirituū ad locū alicuius lesionis interius vehementer torquentis. qñq3 ex defectu caloris & spirituū in radice in quadum spūs deficiūt: necesse ē vt sensus a suis actib9 cessent sicut cōtingit in amētibus: qñ amētie accidūt ex ianitione.i.debilitate. Qñq3 etiā accidit p quandā retractionem seu reuocationē spirituum ad interiora rōne alicuius passiōis interioris: iuxta illud Luce.xxij. & Mat xxvi. Erant oculi eorū grauati & dormierunt pre tristicia. vl' ratione. alterius accidentis. vt in sincopi. Qñq3 etiā3 accidit somnus ex vehemēti fatigatione vl' attenuatione vel assiduata cōtemplatione,pp ter que requirūt vires interiores adiuuari vt patet in raptu & extasi. Fiunt etiam qñq3 sopores ab extra.s.ex dulcedine alicuius melodie: per quā exteriores sensus cadunt ab actib9 suis,ppter qđ vt dicit phūs.viij. politicorum. In tēplis fiebant melodie qbus aliqui rapiebanť. Qñq3 fiūt etiā3 ex vehementia subiti terroris: quandoq3 ex lesione capitis vl' alterius mēbri extrinsecus illata: vt dum homo cadit sup caput: aut sanguinē trahit. Hec Albertus magnus & dominus Henricus de Assia sup Genesim.

Secunda questiuncula est:

Quid sit somn9 vniuersalis & ptialis. Ad quā repondeť: q somnus vniuersalis dicit qñ exteriores sen us cū vi etiam ītellectiua sopianť & qescunt. Vel somnus vl'is scđm Auicennam prima terrij.ca. de subeth.est redditus spūs aīalis ab instrumentis sensuum & motus ad principiū suum. s. cerebrū: cum quo sc3 redditu priuanť ipsorum instra ab exitu opatiōis in ipis.s. instris: nisi ab illis instris que necessaria sunt ad hoc vt vita pmaneat: & illa sunt sicut instrumēta spirit9 sicut pulmo: cor: arterie & diaflam.ma. Partialis autem

somnus est triplex: aut cũ exteriores & iteriores sensus sopiunẽ vi intellectiua vigilãte: vel cũ ligant exteriores sensus: solutis a sõno sensib⁹ iterioribꝰ: vt pꝫ i hijs q̄ dormiẽdo ãbulãt i nocte vł cũ iteriores sensus ligant solutis exterioribꝰ. Primũ aũt horꝝ scd̃m quosdã possibile ẽ: qd̾ ꝓbãt sic. nã sicut iterior sensus vigilare põt: ligato p somnũ exteriori: vt patebit infra. Ita nichil ꝓhibere videt q̄ intellect⁹ habitibus & sensatiõib⁹ sufficiẽter habituatus sepe vigilet. i. cognoscitiue actuet respectu intelligibilium: & q̄ vtreq̄ vires sensitiue sopite sint. Qd̾ si dicat scd̃m phõs: q̄ necesse sit ad actualẽ intelligibilitatẽ fantasmata speculari: igit intellectus nõ actuat nisi cõsecutiue ad actuationẽ fantasie. Rñdet q̄ si illud dictũ cõe phõꝝ hẽat veritatẽ. Intelligit de cõi cursu hũane cognitionis & in prima acquisitiõe ĩtellectualis noticie. Vel est verũ respectu illorũ intelligibiliũ respectu quoruꝫ adhuc nõ hẽt sufficiẽter ĩtrinsecos in se habitus & spẽs scd̃m quas in actu exire possit sine ãminiculo virium sensitiuarũ. Secus aũt est de ĩtellectu sic habituato qui vt seipsuꝫ actuet: nõ oportet ad fantasmata se cõuertat. Istã intellectualẽ vigiliã sensisse videt sensibus sõno ligatis q̄ dixit ego dormio & cor meũ vigilat. & scd̃m hãc opinionẽ sõnus vtrorũq̄ sensuũ nõ põt sopire ĩtellectũ nisi mundũ vel insufficiẽter habituatũ. Scd̃m aũt. s. ligamentũ exteriorũ sensuũ: solutis a sõno interiorib⁹: etiã manifeste apparet in q̄busdã qui nocte dormiendo surgũt: & ambulãt sine offendiculo: & faciũt aliq̄ opa vigilantiũ. s. loquunt: clamãt: induũt se: ascendũt arbores: exeũt domos ad cãpos: siluas: isequunt inimicos: et qñq̄ interficiũt: & reuertunt ad lectos suos: vt dicit Alber. in cõmẽto sup li. de sõno & vigilia. Pñt etiã & tertio aliqui scd̃m exteriorẽ sẽsitiuã vigilare: & dormire scd̃m

interiorẽ: sicut audiui de vno taliũ q realiter sensit. Vigilant etiã qñq3 tales scdm sensus & simul scdm vim intellectiuã que fortassis etiã quodãmõ actuari potest ad actuationẽ exteriorũ sensuũ interiorib9 sensibus ab oĩ actu suspensis. Vnde si de9 in hoĩe vigilãte suspẽderet ad tps oẽm actionẽ interiorũ sensuu3 sine ĩpedimẽto influentie virtutis & spirituum ad sensus exteriores: qd phiberet hominẽ & sensitiue videre & intellectiue visa rationari: & ita sufficiẽter se se in ambulnado vel ascẽdendo dirigere & custodire. Hec Henri. de A s. vbi sup.

Tertia questiũcula est: Unde causatus est somnus Ade a principio: cum nichil de pdictis causantib9 somnũ nec fumalis euaporatio cibi potuerit ad caput ei9 vel corascẽdere: nec in paradiso comederit de fructib9 ante formationẽ Eue & qd vidit Adam in sopore illo. Ad quã sic rñdet: q sõn9 ille Ade siue rapt9 siue extasis nec ab angelo fuit nec a celo nec a cibali fumo aut fatigatiõe que nõ erat in statu inocẽtie. S3 fuit imissus a deo tanq3 cõueniẽs dispositio ad recipiẽdas diuĩas reuelatiões: qa vt dicit Aug9. Nisi ab hac vita quisq3 quodãmodo moriat siue auersus & alienat9 a corporeis sensib9 fuerit nõ subuehit in visionẽ dei & celestiu3. In quo raptu siue extasi pius & largissim9 deus primo hoĩ principio toti9 posteritatis ostẽdit magna & mirabilia. Ipse eni Adã in ipsa extasi siue excessu mentis posit9: & in illud qd statũ nature excedebat eleuatus: vt dicit glo. ad Ephe. v. Primo ppheta effectus est. Nam excitat9 ex sopore & mulierẽ formatã ex ipso aspiciens diuina reuelatiõe illustrat9: ydiomate hebraico dixit. Nunc hoc os ex ossibus meis & caro de carne mea: ppter hoc relinqt homo zc. Ingressus etiã est in

sanctuariū dei & intellexit nouissima ab initio & primo vt dicit glo. reuelatū est ei ꝙ ex eo nasciturus esset hō qui vere de⁹ esset: cui⁹ morte hoīm genus redimeret̄: & de cuius latere in cruce morientis fidelis eccl'ia formaret̄. Intellexit etiā ꝙ mūdus esset ꝑdendus peccato ꝙ̄uis nō suo. Tunc forte intellexit mysteriū trinitatis: creationē mūdi ex nichilo: destructionē eiusdē. accepit in illa extasi reuelationē casus angelorū. Intellexit sacrificia q̄ erāt futura in remediū originalis peccati: ꝙ̄uis illud futurū ei esse non reuelaret̄. Intellexit excellentissimam illā futuram vitā in q̄ post ineternū viuēdo sine nutrimēto: habituri essent hoīes in clara dei visione: si in hac vita mādata dei custodirēt. Instruct⁹ fuit in naturalib⁹. & moralib⁹ sciētijs. Tunc etiā accepit excellentē cognitionem theologicā supnaturalē vt primis reb⁹ noia iponeret: & rerū ꝓprietates cognosceret. Vnde cōstitut⁹ ē prim⁹ phūs prim⁹ theologus in vtraqꝫ sciētia ꝑfectus scḋm mensurā initij sui status. Vnde Vgo libro sexto de sacramētis loquens de phīa & theologia primi hoīs dicit. Rerum visibiliū oīm q̄ cū hoīe & ꝓpter hominē facte erant ꝑfectā cognitionē primū hominē simplici diuine inspirationis illustratiōe accepisse nulli dubiū esse debet. Nam de⁹ rationabiliter ei tribuit sciam eoꝝ q̄ ꝓpter ipsū fecit: et q̄rum gubernationē: dispositionē & ꝓuidentiā ipī homini reliq̄t. Si aūt ꝓ vita tpali cōseruanda & disponenda in reb⁹ transitorijs tam scientiā magnā accepit: multa magis ꝓ vita eterna adipiscēda excellentiorē & habūdantiorē de celestib⁹ & supnaturalib⁹ cognitionē habere debuit. Sic in extasi & excessu mentis Paulus positus vidit archana dei que nō licet homini loqui. Sic etiā quedam mulier ordinis nostri predicatorū virgo mirabilis humilitatis & deuotiōis in vrbe veteri tempore nostro

extasim patiebatur: quotiens aliquis ei verba deuota & feruentia loqueretur: cumque poneretur in lecto dum rapi incipiebat: eleuatis paulatim manibus & pedib⁹ ad modum pedū crucifixi dispositis sic efficiebatur immobilis vt nulla violentia manus vel brachia flecti: vel ipsi pedes possent aliquatenus disiungi. De mirabilibus autē & archanis que in ipso raptu percipiebat aliquando: paucis & cum difficultate aliqua reuelauit. Hec Henricus & Iohannes de sancto Geminiano.

Tertia questio hui⁹ octaui

capitis est de somnijs siue apparitionibus fantasticis somniorum Circa quam sex questiunculę soluentur.

Prima questiūcula est: Quid

sit somniū & etiā vnde causant somnia siue apparitiones fantastice somniorum. Ad quam sic respondetur quod somniū scdm philosophum libro. ij de somno & vigilia est fantasma factum a motu simulacrorum a similitudine sensibili in dormiente secundum quod dormit: huiusmodi autem somnium seu fantasma ortum habere potest ex pluribus & sic possunt somnia plures causas habere. Nam somniorū duplex est causa in generali. s. interior & exterior. Prima interior etiā est duplex. Nam prima est mentalis siue spiritualis. s. cogitatio vel affectio inquantum illa occurrunt fantasie hominis in dormiendo. circa que eius cogitatio & affectio fuit immorata in vigilando. Secunda causa somniorum interior est corporalis dispositio. Nam ex disposione interiori corporis formatur aliquis motus in fantasia cōueniēs tali dispositiōi sicut homini in quo frigidi humores habundant occurrit quod sit in aqua vel niue. Et propter hoc

medici dicunt esse intendendū somnijs ad cognoscen- dum interiores dispositiones corporis. Secunda causa somniorū est exterior: & hec est duplex. Prima est spūa lis que qn̄q3 est a deo qui ministerio angelorū aliqua ho minib⁹ reuelat in somnijs vt dictum est supra. Quādo q3 aūt operatione demonū apparent dormiētib⁹ alique fantasie ex qbus qn̄q3 aliqua futura reuelant hijs q cū eis habent pacta illicita vt dicet̄ infra in tertia decade. Se cunda causa exterior est corpalis. s. imutatio imagina- tionis vel fantasie in quantū imaginatio vel fantasia dormientis imutat̄: vel ab aere cōtinente. vel vt astrono mi dicunt ex ipressione celestis corporis vt sic dormien ti alique fantasie appareant cōformes dispositioni cele stium. Pro quo intelligendo notandū q astronomi di- cūt q celū siue corpa celestia per se operant̄ ad somnia. Nam multotiens dicūt hoīm somnia esse cōformia stel larum habitudinibus & cōsituationib⁹ intantū q scita dispositiōe celi hora somnij astrologus dicere potest de quo facto somniū fuit. Et dicūt q sicut cū colera in ho mine habūdat somniat homo de rebus calidis & rubeis & cū flegma habundat de rebus frigidis & aquosis: ve- luti effectus naturales causatia causa naturali. Simlit̄ celum potest influere cognitionē effectuū quos virtua liter cōtinet: & per consequens iprimere per se dormiē tibus ad somniandū. Quibus respondet̄ q licet celum aliqd operari possit ad somnia: hoc tn̄ nō est per se. s. p impressionē noue speciei vel cognitionis interioris sen sualis vel intellectualis. Sed est solū per accidēs ad ali- quam transmutationē corporis scd̄m sensibiles qualita tes. Nam influētia calefactiua nō pōt iprimere pri⁹ spe ciem coloris sensui interiori q̄3 causet realem calorē qui obiectiue moueat sensum tactus. Et cū dicit̄ secundum

astronomos quod qñq; inuẽta sunt sõnia hoĩm cõformia habitudinib⁹ & imaginib⁹ stellarũ: vt pote Piscis: Cancri zc. Dicit͂ q̃ hoc raro vel nunq; exptũ est: vel est a casu: vl' q͂a aliq̃s exercitatus in huiusmodi post somniũ (nõ aũt ante) iueniet aliquã concordantiã in celo cũ re vel reb⁹ de q͂bus somniauit. Sed. b. Aug⁹ sup̃ Gen. ad litterã dicit. Hoc quidẽ occulta malignorũ spirituũ deceptione fieri potuit: qui hoĩbus intẽtis talib⁹ vanitatibus: sic in eorũ dãnationẽ & erroris prenosticationem: astrorũ ꝓpagatiõe illudere cõsueuerũt. Et negat͂ q̃ ille humor qui dicit͂ melãcolia vel colera ꝓducat in hoĩe somniante vl' frenetico species calidas vel humidas: vl' caprarum vel serpentũ vl' species cuiuscũq; rei differentes spẽ ab illis humoribus: que talib⁹ apparere cõsueuerunt. Et ratio negationis est: q͂a causa naturalis nõ põt per se speciẽ effectus sui realis prius ꝓducere in sensu vl' intellectu: q̃ illũ effectũ ꝓducat in esse reali. Q̃d si dicatur: vnde causant͂ huiusmodi fantastice apparitiones ĩ somnijs. Dicitur q̃ contigũt ex irregularitate mot⁹: spirituum & fumorũ & partiũ interiorũ organorum in quibus fit sensatio & fantasmatũ reseruatio: que quidẽ fantasmata talibus motib⁹ respectu inuicẽ confundunt͂ & monstruose coniungunt͂. Et ita contigunt tales apparentie somniorũ. Hec ex Alberto & Henrico.

Secunda questiuncula est:

Si spũs boni & mali possint appere & ĩmittere somnia viuis. Ad quã respondet͂ affirmatiue & pͥo de spiritib⁹ bonis dicamus. Ingerunt͂ eñi qñq; somnia clara viuis benignitate spirituũ bonorũ de q͂busdam. ad bonũ ipsorum vl' aliorũ ꝑtinẽtib⁹: & sic Alberto magno fuit ĩmissũ somniũ darũ de casu pueri de molẽdino in ripã ĩ nocte: vt sic q͂a ep̃s erat: maiori pietate &

cōpassiōe moueret erga matrē pueri: que sibi de mane de submersiōe pueri filij sui cōquerēda erat. Sic etiā Galie no fuit inuissum somniuz de cura cuiusdā īfirmi patiētis egritudinē splenis: qui vt ipse narrat cū diu de cura illi us sollicitus fuisset: & remedia diligēter quesiuisset: sō niauit quadā nocte q̄ sanguinē traheret de vena q̄ est inter auricularem & anularē digitos: quod fecit & sana tus est: q̄ si ita diuina bonitas p bonos spūs dirigit hoīes facientes qd̄ in se est ad ea que sunt in salutē corporuz: lōge vtiq̄ fortius diriget p bonos spūs hoīes debite sollici tos p bonis moralibus & spiritualibus sibi vel alijs acqrendis & maxime illos qui presunt: sicut rex Salomon specia liter directus fuit per somniuz de bono regimine popu li sibi cōmissi. vt habetur. iij. Reg. ij. p hoc facit q̄ Cay phas cū esset pontifex anni illius pphetauit dicens. Ex pedit vobis vt vnus moriatur pro populo ne tota gens pereat. Sic sepe regibus etiā infidelibus per somnia mul ta ostensa sunt vt regi Pharaoni futura fames. Gen. xli. & regi Nabuchodonosor futura regnorū dispositio de qua sollicitus erat Daniel. ij. Et merito angeli dirigunt & inclinant reges & principes per somnia ad salutē eo rum quorum curam habent. Nam aliqui angeli vt di cetur infra in secunda decade tanq̄ gubernatores presūt puintijs & regionibus: & per consequens regibus & prin cipibus regionū in eos influendo hoc vel illud put no uerunt expedire saluti cōmissorum. Ex quibus appa ret q̄ inter ceteros illorum qui p̄sunt somnia magis no tanda sunt tanq̄ presagiū de futuris habētia. Et ideo di xit quidā de phis q̄ regio somnio credendum est. Noue rat enī q̄ salus populorū consistit in capitibus eoruz. i. in hijs qui p̄sunt. Secundo ingeruntur qnq̄ somnia vi uis a spiritibus malis; vel ad deceptionē vt quis credat

pheta dei: qui est ppheta diaboli: vel ad confirmationē alicuius erroris vel supstitionis. vel ad alicui⁹ vicij ipulsionē & excitationē3. s. supbie vel luxurie. qñq3 vt p has visiones claras & somnia se tanq3 pphetas aut deo familiares extollant: de facili enī reuelationes extollunt. Sensit hoc apl's qñ dixit. Datus est michi stimulus carnis angelus sathane ne magnitudo reuelationu3 me extollat. Sic Socrati fuit īmissu3 somniū a quodam demone sibi familiari vt posset interpretari somniū Platonis adhuc pueri: qđ habuit de cygno quē Atheniēses īmolant dee veneri quā colūt. Socrates enī p̄cedēte nocte priusq3 Plato ad eum eruditionis gratia a patre fuisset adductus vidit somniū a spiritu familiari imissum: cygnū. s. qui apud Athenienses veneri dicatur: dulcissime canentem & a terris vsq3 ad celos cantando subuolantē: quod postea Platone adducto ad se: hic ille est inquit cygnus quē ego preterita nocte tam suauissime canentē somno videram. Sic etiā qbusdam phīs ab assistentib⁹ sibi demonibus fuerūt imissa somnia de aliqbus effectibus: vt ex eis postea concluderent discursiue esse aliquos spiritus se abiliores & subtiliores & sic inducerētur ad supstitionē vel errorē vel etiam qñq3 ad veritatem: vt patet de platonicis & Tullio veritati catholice in quibusdam adherentibus. Hec ex Henrico de Assia.

Tertia questiuncula est: Si spūs vel aīe mortuorū possint in sōnis monere ad bonū: vl' abducere a malo viuos: et si sint seruāde & exequēde mortuo⁊ monitiōes. Ad quā r̄ndet affirmatiue. Na3 qñq3 a spiritib⁹ mortuo⁊ et ab aīab⁹ ī purgatorio existētib⁹ imittunt̄ sōnia viuis: rogātes p eis orari vt p3. iiij. dia. Qñq3 ēt pmitit̄ eis: viuis sōnia īgerere

admonitoria vel etiã ꝓuocatoria ad bonũ vel a peccatis qbusdã reuocatoria. De aīabus vero damnatis nõ puto somnia īmittere viuis sinant: ꝗuis nichil ꝓhibeat viuos etiã de mortuis dãnatis somniare: qñꝗ arte demonũ ad finẽ vt credant saluare aut vt preces & elemosyne viuorũ ꝓ illis frustra fiãt. Qualitercũꝗ tñ sit somnia de mortuis nõ sunt obseruanda a viuis tanꝗ semp ipsi ꝓ talib⁹ moueant vt mortuis subueniatur elemosynis & ꝑcib⁹.

Quarta questiũcula est: An

sõnia amẽtiũ & stultorũ habeãt ꝑsagiũ alicui⁹ veri. Ad quaȝ Albert⁹ volẽs ꝓbare ꝙ sõnioruȝ īmissio nõ sit a spiritib⁹: sȝ ex causis naturalib⁹ respondet affirmatiue dicẽs: ꝙ mľtis amentib⁹ & fatuis plurimũ sõnia ꝑsagiuȝ habẽtia accidere solent. Sed hoc negat dñs Henric⁹ dicens: ꝙ nesciat vbi Albertus hoc legerit aut ꝗ expientia didicerit. ipse eni nunꝗ vidit fatuũ ꝓphetasse: aut sõniuȝ notabile futurorũ designatiuuȝ habuisse: imo cũ fantasticũ fatuorũ sit tumultu cogitationũ & passionuȝ maxie distractũ īquietũ & cõfusuȝ: iõ est maxie īdispositũ ad receptiõȝ reuelationũ et sõniorũ.

Quinta questiũcula ē: Qua

re spũs boni nõ clare erudiũt hoīes ꝑ sõnia. sȝ enigmatice & ꝑabolice; cũ finis īmissionib⁹ sõnioruȝ sit significatio aliq̃rum q̃ sciri vel ꝑsciri expedit hoīb⁹. Ad quã Symonides phũs volens respondere dixit hoc accidere ꝓ eo ꝙ de⁹ inuidet mortalib⁹ de scia futurorũȝ. & iõ nõ clare sȝ sub obscuris figurarũ inuolutionib⁹ īmittit hoīb⁹ somnia de futuris. Sed qa hic maxime errauit. Ideo dicẽduȝ est ꝙ ex multis causis contingit hoībus īmitti sõnia enigmatica & ñ clara. Pmo vt hoīes sõnijs obscuris territi ad dñm ꝓ interꝑtatione recurrãt

aut saltem vt malū iminens velit auertere petant: aut vt aliquis seruus dei ad salutē multorū exaltet̄ & deus glo̅rificetur: qualiter fuit ad literā de Ioseph & Daniele. Secundo obscuritas p̄monitionū p somnia facit ad exercitiū prudentie: qa scito q͂ a deo & creaturis spiritib⁹ bonis & malis solēt hoies varijs modis moueri: affectionibus: habēt homines occasionē circūspecti⁹ agēdi & cautius ꝓuidēdi vt forte iminentia mala excludāt vt leui⁹ tolerēt: vt ventura bona habūdantius suspiciant. Tertio in cā pōt esse cōditio stat⁹ p̄ntis vite que mltiplici obscuritate & ꝑplexitate anxiari meruit qn̄ hō prim⁹ a deo suo p culpā cecidit. Vnde. b. Greg⁹. v. moral̄. dicit. Proiecti a paradisi gaudijs cecitatis pena multati vix susurrij venas app̄hendim⁹: & mira dei opa raptim tenuiter q͂ pensam⁹ zc̄. Quarto ꝓueuire pōt ex merito vl̄ demerito: vel ex īdispositiōe aut dispositiōe recipiētis ꝓpter que deus aliquos nullis īmissionib⁹ somniorū p̄admonet aliqs ambigue inopinatis passiōib⁹ tristitie vl̄ leticie & aliqs sōnijs vl̄ reuelatiōib⁹ claris. hec Henri. vbi sup̄.

Sexta questiūcula est: Quare influxus spirituū in hoies poti⁹ vel cōius respicit somniū q͂ vigiliā.

Ad quā sic rn̄detur: q͂ tres dn̄e actuationū interioris cognoscitiue requirūt quietē & tranquillitatē mētis. i. aīe: videlʒ reuelatio: cōtemplatio & veritatis inuestigatio. Cum ergo sōnus sit quedā quies viriū aīalium: ideo aīa dormiente est instātu aptiori ad reuelatiōes. Vnde qa reuelatio p somniuʒ vl̄ alias īmissa homini a deo vel angelo est quedā interna allocutio: frustra fieret qn̄ aīa esset ita distracta vel alijs occupata vl̄ intenta q͂ nō intenderet spiritui se alloquēti: vel locutionē sibi memoriter nō imprimeret. Sicut

hoc manifestū est in exteriori: nullus enī sapiens volens aliqd alicui dicere alloquit ipsu; qñ vel vbi ꝓpter interiorē distractionē. vl' exteriorē turbationē; nō pōt pfecte audire vel si audiat nō recipit cordi qđ dicit. Et ergo dixit sapiēs: ꝙ nō est effundēdus sermo vbi nō est audit⁹. Et ibidē. Frustra fit locutio vbi nō est attentio: aut vbi ei⁹ qđ dicit intellectio. Spūs ergo boni cū sint sapientissimi nolentes hoīes alloqui frustra locutiōe interiori nec exteriori rationabiliter obseruāt tunc locū: statū: & dispositionē ei⁹ cui loquendū est vt allocutiones sue effectum habeant: iuxta illud qđ dicit ysaie. lv. Verbū meum qđ egredief de ore meo nō reuertet ad me vacuū. Ex qbus sequitur ꝙ reuelatio a deo vl' angelis per sōnia fit ꝓ tempore quo adhuc ligatus est sensus cōmunis qa ꝓ illo tēpore aīa est in ōimoda quiete nullum actū habens: & ꝑ cōsequens videnf esse in dispositione aptissima ad receptionē diuine illuminatiōis. Hec Henric⁹ vbi supra.

Quarta questio hui⁹ octaui capitis est vnica. s. quot & qui sunt qui

bene sōniant & sōniādo diuinātt. Ad quā sic respondet: ꝙ tria genera hominū bene somniāt & diuinant. s. vesani: amici: & melācolici. Primo enī vesani bene ꝓuident & diuinant de sōnijs. Cui⁹ ratio est: qa tales nō sunt intenti circa ꝓprios mot⁹: & ideo apphēdunt & discernūt mot⁹ passionis extranee q̄ tangit eos. Viri aūt prudentissimi & optimi nō sūt intēti nisi circa sapiētias & virtutes & alia honesta ꝓpter q̄ nō percipiūt somnia. Secundo dico ꝙ amici bene & recte somniāt sicut res eueniūt de suis notis & amicis. Cuius ratio est: qa amicoru; ad inuicē est maior solicitudo: & ideo suorū simulachroꝝ est maior cognitio. Vnde noti

& amici pcipue qñ sunt sepati, pcul ab inuicē maxime p inuicē sunt soliciti: de se mlta sperantes & de se multa timentes. Maxime eni cognoscunt se inuicē: & sentiunt mot⁹ad inuicē sibi factos p passiões spei & amoris & timoris. Et hoc modo se habent somnia notorū & amicorum. Nam mot⁹somniorū amicoruȝ sunt magis pfundati & vehemētes q̄ extraneorū. Qd vno exemplo etiā patere pōt q narrat Tullius in.ij.li.de natura deorū: dicit eni ibidē: q duo familiares socij & amici archades .i. greci iter simul facientes ad aliquā ciuitatē puenerūt: quorum vn⁹ad domū sui amici perrexit. Alter vero ad hospitiuȝ diuertit. Is q in domo amici sui erat vidit in somnijs sociuȝ suū orantē vt sibi subueniret: eo q nisi iuuaret ipsuȝ esset ab hospite iugulandus. Ille vero hoc viso excitat⁹ de lecto surrexit: & hospitiū in q hec agebant petere conat⁹ est. Sed ad se rediens & tanq̄ vanū somnium puipendens: ad lectū rediēs obdormiuit: tunc ei⁹ socius scdo per somniū apparuit & instanti⁹ quā pri⁹ rogare videbat vt ei auxiliaret. Sȝ iste neq̄ de sōnio tūc curans iterū obdormiuit. Cui tertio in somnio soci⁹ cum magna querela apparuit se dicens iā iugulatuȝ esse obsecrans: qm vite sue auxiliū ferre neglexisset vt saltē vltionem nō negaret: dicens corpus suū trucidatū ferri extra portā supra currū: coopertū stercore sepeliendū vt ei⁹ scelos vel facinus occultaret. Tunc cōstantib⁹ pcib⁹familiaris & amicus cōpulsus, ptinus cum iudice ad illam portā summo mane cucurrit: & currū quē in quiete ei demōstrauit: cōprehendit: hospitemq̄ ad capitale supplicium perduxit. Hoc narrat maximus valerius li. secundo de somnijs. Tertio melancolici meli⁹alij s somnia pnunciant et coniectant: Cuius ratio est: qa in illis est vehemens imaginationū impressio: tum qa minus pprijs in

tendunt & minus ꝓprijs curā impendūt: tū q̄a raro vn q̄ꝫ ꝓfunde dormiūt: & iō melius cōiectant: diuināt: & ꝓuident somnia. Illi autē q optime & artificiose determinant & interpretant̄ somnia sunt illi qui mouent̄ subtiliter inspicere similitudines rerū. verbi grā: Sicut enim se habet in aqua mota: sic multotiēs se habuit ꝗn somnijs. Sicut ergo intuentes in aqua mota simulachra distorta & confusa prōpti sunt reddere figurata vel signata ipsorum subtiliter: q̄a sciūt inspicere similitudines simulachrorū vel idolorum ad ea quorū sunt simulachra: dicētes ꝙ hec est figura hominis: hec equi: & similia. Sic etiam in somnijs intuentes simulachra distorta prōpti sunt determinare ipsorū figurata vel signantia illi qui mouentur subtiliter inspicere siſ̄itudines eoruꝫ ad ea quorum sunt simulachra. Hec beatus Tho. in fine tertij libri de sōno & vigilia: & Albertus in cōmento ibidē.

Quinta questio octaui capitis

q

Uinta questio octaui capitis est simplex. s. Si dare fidē somnijs sit licitū. Ad quā videt̄ respōdendū negatiue ꝓpterea q̄a scribit̄ Ecci. xxxiiij. Multos errare fecerūt somnia & exciderūt sperātes in illis: & metrice dicit̄. Somnia ne cures: nam fallūt somnia plures: & Cato dicit. Somnia ne cures: nā mēs hūana qđ optat dū vigilat: sperans ꝑ somnū cernit idipsuꝫ. Sed in cōtrariū est: q̄a angelus dn̄i apparuit in sōnis Ioseph: q̄ sōnio credidit, Mat. primo. Rn̄o dicendū ꝙ vt dicit, Macrobius sup̄ somnū Scipionis (eo ꝙ in somnis Paulus Scipio maior Scipioni filio apparuit.) Omniū que sibi videre dormientes vident̄: quinqꝫ sunt principales diuersitates & noīa. aut est enī quod latini somniū vocāt: aut qđ visio recte appellat̄: aut qđ oraculū nūcupatur: aut qđ in

somniū dicit̄: aut est fantasma: qd̄ Cicero quotiēs opus hoc noīe fuit visuȝ vocauit. Vltima ex hijs duo dicit Cicero cū vrdent̄ cura interpretatiōis in digna sunt eo ꝙ nichil diuinatiōis importēt. Fiūt enī hec duo primis trib⁹ horis noctis: que vocat̄ prima noctis vigilia. Luce. xij. et que dicit̄ etiā in tempestū. iij. Reg. iij. & cōsurgens intēpeste noctis silentio de meretricib⁹. In qbus horis somnus est valde obscurus & ꝓfundus ꝑpter fumū obscurū & spissuȝ resolutū a loco digestiōis opilantē & obscurātem organa sensuū: iō tūc fantasmata & motus fact⁹ a sensib⁹ apparere vere nō pn̄t. Et iō credere & fidē dare sōnijs & apparitionibus siue reuelatiōib⁹ factis: tribus primis horis illis vanū est & stultū: & sic intelligunt̄ dicta in fronte questiuncule adducta. Somniū aūt est cū dormiēdo aliqd reuelat̄ nobis ꝑ ipressionē formaꝝ imaginabiliū: & id qd̄ reuelat̄ regit̄ figuris et velat̄ imaginibus: vt cū Iacob dormiēs scalā vidit. Gen̄. xxviij. Visio ē cū in vigilia reuelat̄ aliqd ꝑ īpressionē formaꝝ imaginabiliū: & eo ordine eueniūt quo apparuerūt: sicut visio ysaie, qui dicit. Vidi dn̄m sedentē sup soliuȝ excelsū zc̄. ysaie. vi. & visio danielis de ebdomadib⁹ que eo ordine euenit sicut vidit. Oraculū est cū in sōnis: parēs vl' alia bona grauisꝙ ꝑsona deus: xps: angelus: virgo maria: vl' aliqs sanct⁹: aliqd aperte venturū aut nō: vitandū vl' faciendu dcnunciat: & isti tales apparētes si loquent̄ sic eueniet vt dicūt vel vt ostēdūt: & sic credere nō est pc̄tm̄ maxīe si ipse cui apparitiones fiūt sit bonus. Ex qbus pȝ ꝙ secundum Macrobium: somniū Ioseph. de quo dicit Matheus: oraculuȝ fuit & in aurora stomacho digesto & Ioseph somniorū doctor credit angelo & accepit Mariā sibi vxorē pregnantē. Illud autē qd Pharaoni vl' Nabuchodonosor factū fuit somniū fuit & nō oraculuȝ:

nā Ioseph Pharaōi: & Daniel Nabuchodonosor iterp̄
tati sūt. Ergo isōnia credere et fātasmata pscrutari vanū
est q̄ fiūt trib⁹ primis horis noctis. Sōnijs vero visiōib⁹
et oraculis credēdum ē: maxīe si frequenti⁹ appareāt: et si
bon⁹ sit cui apparēt. & ab aliq̄ scō viro intep̄tent. Vbi tn̄
cui sōnia visiōes aut oracula fiūt: nō esset vt Paulus q̄ di
cebat Scio cui credidi & cert⁹ sum: aut sicut mater Au
gustini de q̄ dicit li. cōfessionū. ꝙ ipsa sciebat distingue
re inter deum reuelantē & aīam somniantē. tunc enī in
terp̄tetis cui visio aut somniū vl' oraculum fieret nō ege
ret. Hec dn̄s Ioha. de bliblia bononiensis in quolibetis.

Sexta questio octaui ca-

pitis ē simplex. s. si vaticinari futura p sō-
nia sit pc̄tm̄. Ad quā sic rn̄det: ꝙ p̄dicere fu
tura p somnia pōt cōtingere q̄tuor modis
Primo ex naturale rōne: & sic possunt cognosci oīa fu
tura q̄ effectus suos habent in causis suis: & p̄dicere ta-
lia licꝫ: nec est diuinatio vt pꝫ sup̄ diuinatio prio ca. Se-
cundo cōtingit futura p̄dicere ex corporali cōplexione
vl' dispositiōe vt medici faciūt: & hoc licꝫ nec est diuina
re. Tertio cōtingit ex dei reuelatiōe: sicut fecerūt Ioseph
& Deniel. Gen̄. xl. & Dan̄. ij. q̄ p reuelationē diuinā vi
derūt p̄sagia futurorū: & iō reuelationē a deo sibi factā
exponebant et alijs enarrabāt. Vnde dixit Ioseph duob⁹
eunuchis q̄ habuerūt somnia et interp̄tatiōes ignorabāt
Nunqd nō dei est interp̄tatio: referre q̄d videritis. Gen̄.
xl. et Dan̄. ij. dicit ꝙ ei p visionē mysteriū reuelatuꝫ est a
deo. Vnde subdit. Est de⁹ in celo reuelās mysteria: i nul
lis tn̄ somnijs quāuꝫ est ex se fides & spes p certo ponē
da est: nisi alicui cōstaret aliq̄d p certo p somnia vel in
somnijs a dn̄o reuelatū fuisse. Vnde nec Ioseph nec Dani

el obseruabant somnia: spem in illis ponētes. Sed q̄ per somnia fuerīt eis a deo reuelata: exposuerūt vt p3. Quarto cōtingit futura p̄dicere ī somnijs ex demonū illusione & reuelatione cum q̄bus pacta habēt: vl' expressa: q̄a adhoc inuocant: vel tacita: q̄a huiusmodi diuinatio se extendit ad id ad quod se non pōt extendere: et talis est illicita et superstitiosa. Vnde ꝓbatur Leui. xix. Non obseuabitis somnia. et Deutero. xviij. Non inueniatur in te qui obseruet somnia: et hoc vl' pactum habens cū demone: vel spem ponens in somnijs. Hec beat⁹ Tho. secunda secunde. q. xcv. arti. viij.

s Eptima questio et vltima huius Octaui capitis: duas habet questiunculas vt patebit infra.

p Rima questiūcula ē: Quare pueri & amētes quādoq3 futura p̄dicunt. Ad quā sic respondetur ꝙ pueri et amētes cū habeant liberū arbitriū ligatum: nō ꝓprie voluntarie: sed naturaliter agūt. Natura autē regit̄ siderib⁹ que īmutant quodāmodo fantasias eorum et sic diuinant: vt dictum est sup̄ in declaratiōe opinionis phōꝝ et clari⁹ declarabitur ex seqnenti responsione ad septimā petitionem.

s Ecunda questiuncula est: Quare aīalia bruta aliq̄bus motibus futuros effect⁹ ostēdunt. Ad quā sic respōdet̄: ꝙ aīalia bruta non habent aliq̄d supra fantasiam quod ordinet fantasmata: sicut habēt homines rationē. Et ideo fantasia brutorū aīalium totaliter sequit̄ impressionē celestē & iō ex motibus huiusmodi aīalium magis possūt quedam futura: vt pluuia et huiusmodi: quam ex motibus

hominū qui mouent̄ p consiliuꝫ rōnis. Vnde phūs dicit libro .i. de somno & vigilia. ꝙ quidā inprudētissimi sunt maxime ꝓuidentes. Nam intellectiua eoꝝ nō est curis affecta: sed tanq̄ deserta & vacua ab oībus: & mota scd̄m mouens ducit. Hec Tho. i. pte. q. vbi sup̄. Vnde phūs dicit in libro Methauroruꝫ: ꝙ cantus ranarū: acutus morsus pulicum: vel muscarū significat pluuiam. Prima pars ꝓbatur: qa tempus humectatuꝫ est cōueniēs ranis existentib⁹ in aquis: ideo naturali iclinatiōe cantāt Et pulices & musce ꝓpter humiditatē attractā a virtute eleuatiua ex qua generatur pluuia: plus solito querūt restauratiuuꝫ. Et gallus cantans tempore nō solito & asini confricantes aures significant pluuiā futurā. Prima pars ꝓbat̄: qa tunc multitudine vaporū extinguentium pristinā siccitatē instigat̄. Scd̄a pars ꝓbatur: quoniā ex multitudine vaporuꝫ generatur in eis pruritus. Item eleuatio capituꝫ boum & vacarū in campis & pascuis: seu impetus reuersionis ad villā significat pluuiā & tempestatē futuram: patet qa cum operationes istorum sint ab intelligētia infallibili: ideo naturaliter inclinant̄ cognoscere nocumentū futurum. Nimia etiā auiditas pecudum comedentiū in campis est signuꝫ future pluuie: patet qa natura nō deficiēs in necessarijs dedit istis animalib⁹ nō habentib⁹ rationē: quandam inclinationē naturalē qua extimant nocumētuꝫ futurū de ꝓximo fieri: quod est ꝓhibitiuū nutrimenti eorū. Ideo hoc quasi scientes plus solito auide querunt cibū. De auib⁹ etiā in terra futurā pluuiā ꝓnosticantibus Virgili⁹ primo georgicorum longo carmine sic cecinit. Cum medio celeres reuolant ex equore mergi. Clamoreq̄ ferunt ad litora: cūq̄ marine. In sicco ludunt fulice: notasq̄ paludes Deserit/ atq̄ altam super volat ardea nubem.

& īfra Aut illū surgentē vallib⁹ imis. Aerie fugere grues Aut bucula celū Suspiciēs/patul' captauit narib⁹ auras Aut arguta lacus circūuolitauit irūdo. Et veterē in limo rane cecinere querelā. Sepi⁹ e tectis penetralibus extulit oua Angustum formica terēs iter & bibit ingēs Arc⁹. Et e pastu decedēs agmine magno. Coruorū increpuit dēsis exercitus alis. Iam varias pelagi volucres & īfra. nūc currere in vndas. Et studio incassū videas gestire lauādi. tūc. s. sunt signa pluuie future: & signa tempestatis venture: eodē libro decantās sup̄ dixit. Cōtinuo ventis surgētib⁹ aut freta ponti Incipiūt agitata tumescere: & horridus altis Montib⁹ audire fragor. Aut renosantia longe litora misceri: & nemorum icrebrescere murmur Iam sibi tum curuis male tēperat vnda carinis. Et hec sint pro octauo capite prime decadis satis.

Nonum caput principale huius prime decadis est de immunitate & nobilitate intellectus & volūtatis potētiarū aīe respectu corporū celestiū sub quo septem principales questiones declarabuntur: quarum quelibet infra suo ordine manifestabitur.

Prima questio pricipalis huius noni capitis est de intellectu & volūtate respectu corporū celestiū: sub q̄ quinq̄ q̄stiūcule soluen̄t: quarū q̄libet notabi̅t īfra ordine suo.

Prima questiuncula est: Si

volūtas & intellectus potentie aīe rationalis subdan̄t & necessiten̄t a corporib⁹ celestib⁹. Ad quā videt̄ primo respondendū affirmatiue. Nam īstrumēta mouent & īmutant in virtute principalis agētis.

Caput Nonum

Sed corpora celestia sunt instrumēta substantiarū spiritualiū & angelorū: qui cū sint supiores aīabus & earū potentijs: ergo in eis īprimunt & mouent eas. Ergo corpora celestia velut instrumēta in aīabus & earū potētijs poterunt. Minor ꝓbaī per Dionysiuꝫ. viij. c. de diuinis noībus dicētē. Diuina sapientia cōiungit fines priorū principijs secūdorꝝ: ꝓpter hoc phūs. xij. metha. assingnauit numerū angeloruꝫ: scdm numerum motuū celestiū.

Preterea scđo arguitur sic: Illud qđ p generationē subicit̄ corporib⁹ celestib⁹ īmutatur & necessitatur ab illis vt sit causa actuū illius. Sed aīa subicitur p generationē corporib⁹ celestibus: ergo īmutatur & necessitat̄ ab illis. Minor ꝓbat̄: Nam sol & homo generāt hominē. ij. phisicorꝝ. & nō generāt materiam: quia materia est generabilis & incorruptibilis. primo phisicorum. ergo generant formam que est anima rationalis. Item tertio ꝓbatur ꝙ corpora celestia īmutent potentiam intellectiuā: sic opatio intellectus hūani per se subicitur motui celi: q̄a intellect⁹ subicitur fantasie. Intelligentē enī oportet fātasmata speculari. iij. de aīa. Sed fantasia p se subicitur motui celi: sic & omnis cognitio sensitiua: a quib⁹ dependet omnis doctrina & omnis disciplina intellectiua. primo posteriorꝝ. ergo zc̄. Preterea quarto ꝓbat̄ ꝙ volūtas subiciat̄ astris, sic: Illud subicit̄ causaliter & directe supioribus lationibus: qđ variat̄ & alterat̄ de dispositione in dispositionē. Sed volūtas scđm qđ phūs adducit primo & . ij. de aīa. de mēte Empedoclis & Democriti variat̄ & alterat̄ scđm diuersas dispositiōes tpis qđ est passio motus celi. iiij. phisicorꝝ: ergo volūtas subicit̄ causaliter & directe corpibus celestib⁹. Patet etiā hoc experientia. Nam multi hoīes scđm dispositionē tēporꝝ sūt leti & tristes beniuoli & iracūdi. ergo zc̄. Sed contra est

quod dicit Damascenus: quod corpa celestia humanorum actuum nequaquam sunt causa. Rn̄o dicendū quod corpora celestia dupliciter dicūtur agere ī effectib⁹. s. p se & directe: et p accidens & īdirecte Primo mō corpa celestia nō agūt ī aīas & potētias ei⁹ rōnales: qa si p se & directe agerēt in aīas: sequeret quod aīe pducerētur per transmutationē: sicut alie res naturales: vt dixerūt Democritus et Empedocles: nō ponentes differentiā inter sensum & intellectuz. Qui nō videntes distinctionē inter actus & opationes intellectus & sensus: & inter appetitū sensitiuū & intellectiuū: dixerunt intellectū esse virtutē organicam & materialem: sequentē corporis transmutationē sicut sensus. Et consequenter dixerunt quod cū transmutatio inferiorum corporum sequatur transmutationē corporū superiorū: anima etiā & intellectualis operatio sequerent motuz corporū celestiuz: scd̄m illud Homeri. Talis est intellectus in dijs & hōibus terrenis: qualē in die dedit pater virorū deorūq;. i. sol vel Iupiter: quē dicebant summū deū. Et ita intellectū sicut sensuz crediderūt a corporibus supcelestib⁹ generari. Et cōsequēter directe & p se a corpib⁹ celestib⁹ agi et īprimi. Quā opinionē theologi reprobāt ponētes quod lex hac ordo diuine prouidētie hoc vult quod vnumquodq; immediate a pxima sibi causa moueatur. Proximum autem motiuū voluntatis est bonum ostensum per intellectū: eo quod obiectū appetit⁹ est bonū vel apparens bonum a quo mouetur: sicut visus a colore. Vnde dicunt quod solius dei immediate actiue est mouere voluntatem: & secundorū agentium soluz persuasiue: nō autē impressiue a corporibus celestibus: quia si sic nunq; in nobis esset electio mala. Nam natura per se & directe agendo semp ordinate agit & mouet. Eandē etiam opinionem reprobat phūs. iiij metha. & primo

& scdo de aia. Si autē loquamur de subiectione indire cta & p accidens: sic dicimus q aia & potentia eius appetitiua: & itellectiua rationales: subiciunt corpib9 celestibus & eorū ipressionib9. Inquantū .s. aliquo modo intellectus & voluntas accipiunt ab interioribus & exterioribus viribus que organis corporū alligant: & corporibus celestibus subiciunt. Nam operatio intellectus & consequēter voluntatis nec inchoari pōt nec cōpleri sine cōcursu virtutū corporearū: que sunt imaginatiua memoratiua: cogitatiua: sensitiua zc. Et inde ē q impe ditis harū virtutū organicarū opatiōibus ppter aliquā indispositionē corporis vel organorū talibus virtutibus seruientiū: impedit operatio intellectus & consequēter volūtatis: sicut patet in freneticis: letargicis & infirmis zc. Sed tamen etiā circa hanc subiectionē diuersimode se habent intellectus & volūtas. Nam itellectus de necessitate accipit ab inferiorib9 viribus apprehēsiuis. Vnde turbata vi imaginatiua vel cogitatiua vel memoratiua: de necessitate turbat actio intellect9. Propterea dicit q licz opatio itellectus nō efficiat a motu celi: exigit tñ motus celi ad hoc q fiat opatio intellectus. Nam operatio intellectus nō pōt fieri nisi cōcurrat sensus. Et sensus nō pōt cōcurrere sine influentia motus celi. Virtute autem motus celi remouent sepe cōtrarie dispositiones impediētis opationē intellectus. Volūtas vero pximior causa q̄ intellectus: licet nō ex necessitate sequat indinationē appetitus iferiorū. Inquantum in potestate voluntatis est sequi inclinationē cōcupiscibilis & irascibilis: Vnde inferiores vires minus pungunt ad voluntatem q̄ ad intellectū. Subicit tñ & ipsa occasionaliter & indirecte: supioribus lationibus: inquantū ex hijs aliqua occasio nostris electiōibus prestat scdm qd habet ipressio

ret: Nam cum per corpora supercelestia disponitur aer ad frigus intensum: eligimus ad ignem calefieri: ac etiam virtute celorum insurgunt in nobis aliqui motus passionum quibus efficimur colerici. & proni ad iram. Et interdum a celo causatur in nobis aliqua distrasio in corpore per quam eligimus accipere medicinam. Ad primum ergo argumentum dicendum: quod spirituales substantie que celestia corpora mouent: agunt quidem in corporalia mediantibus celestibus opibus. Sed in intellectu humano agunt immediate illuminando: voluntatem autem immutare non possunt: nisi per modum persuasionis. hec Tho. q. cxv. ar. iiij. pri. partis. Ad secundum dicitur: quod sol generat hominem: non tamen animam intellectiuam: sed aliam formam substantialem eductam de potentia materie que postea corrumpitur adueniente de foris anima intellectiua. Ad tertium dicendum quod indirecte & per accidens dependet operatio intellectus a fantasia & a sensibus exterioribus: non tamen per se & directe vt dictum est. Vel dicitur negando consequentiam: quia si operatio intellectus dependet a fantasia hoc est virtute intellectus agentis & operatio intellectus que est doctrina vel disciplina si dependet a sensu non concurrit vniuersaliter celum sed solum intellectus agens. Ad quartum dicendum quod talis alteratio est ratione corporis in quo directe influit motus celi & non ratione intellectus vel voluntatis: quia nullus talis motus causatur in intellectu vel voluntate: sed solum in corpore. Et negatur consequenter quod aliquis a natiuitate habeat aliquem habitum moralem. Ad philosophum vero dicitur quod intelligit aliquos in natiuitate naturaliter disponi et naturaliter habilitari ad habitus morales: iustitie: temperantie & huiusmodi & hoc conceditur. et hec quantum ad principalem questionem.

Secunda questiuncula est:

Si ab astris vel alijs causis accidentalibus vnus sit

altero acutioris ingenij vel tardioris. Ad quā responde-tur nō ꝓuenit ex aliqua influētiali virtute impressa cor-pori humano ex astris tempore natiuitatis ꝙ vnꝰ homo sit acutioris ingenij vel tardioris: Probat̄ qa virtus co-gnitiua rōnalis directe nō subicit̄ astris: vt nūc supra di ctū est: & ꝑ ꝯsequens per se nō possunt īprimere in intel lectū: sed bene ꝑ accidens. Albertus & Henricus.

Tertia questiuncula est: Si ab astris vel ab accidentibus alijs vnus inclinet̄ ad vnam scientiā: & alter ad aliā. Ad quā respō detur similiter: ꝙ nō ꝓuenit ex aliqua virtute celesti tē pore natiuitatis etiā ꝙ vnꝰ sit naturaliter aptior ad vnā scientiā: & alius ad aliam. Probat hoc similiter: quia cor pora celestia naturaliter & directe nō possūt nos aptos facere ad scientias: sꝫ bene ꝑ accidens. Albertꝰ & Hen.

Quarta questiūcula ē: quot sunt cause accidentales ex qbus acuitas ingenij & iclinatio ad diuersas sciētias ꝓueniūt. Ad quā respōdet̄ ꝙ sunt qnqꝫ. Prīo nanqꝫ hoc ꝓuenire pōt ex passionibꝰ ad quas ex cōplexione naturali hō est dispo-situs & inclinatus. Passionatus enī ad vitiū auaritie ma gis inclinat̄ ad scientias lucratiuas: & feruentius in eis laborat quā alijs scientijs: & ita de passionatis ad alia vi-tia vł virtutes. Scđo cōtingere pōt: qa cōplexio vł con stitutio hoīs vniꝰ est magis cōformis vel ꝓportionata vn decūqꝫ obiectis vel rebꝰ & eaꝝ habitudinibꝰ de qbus da ta scīa cōsiderat ꝙ alteriꝰ hoīs: & sic delectabilior est sibi illa scīa vł ars. Tertio pōt accidere ex hoc ꝙ qnqꝫ ī vno hoīe excellit virtus imaginatiua: in alio virtꝰ discursiua in alio iudicatiua: in alio memoratiua: & ita scđm hoc

vnus homo ad vnā sciam est habilior q̄ ad aliā. Quarto pōt hoc contigere ex dispositione radicis inferioris. Nā videmus filios pictorū: vt plurimum aptiores esse ad pingendū ex dispositiōe contracta ex parētib⁹. Quinto cōtingere pōt ex frequēti meditatiōe vl' obiectione talium. Nam q̄ a iuuētute pingere vidit: vl' videre picturas placuit: magis inclinat̄ ad pingendū q̄ ad aliā artē: & hec etiā fuit causa quare Iacob nascebant̄ oues varij coloris ex frequēti. s. inspectione & imaginatiōe ouiū bibētiū aquā sub q̄ erāt virge variorū colorū. Geñ. xxx. c. Non ergo diuersitas igeniorū est ab aliqua speciali virtute impressa in natiuitate nec varietas cōplexionū corporū humanorū & aliarū variarū naturalium conditionū semp a celo expetenda est: sed ab alijs quinq̄ modis ꝓximo recensitis. Hec Albertus & Henricus.

Quinta questiūcula ē: Quis meli⁹ iudicat de bonitate & ꝑuitate itellectuū: medic⁹ an astrolog⁹. Ad quā sic r̄ndet̄: q̄ exptus medicus de bonitate & prauitate igenij meli⁹ & certi⁹ iudicat q̄ astrologus. Probat̄: q̄a medicus iudicat ingenia ex causa ꝓxima & ꝓpinqua. s. ex ꝑticulari radice iferiori seu causis primis qualitatū elemētorū. Vel causis secūdis. s. molliū carniū exiliū vnguiū capitis ad modū nauis nigrorū capillorū: ꝓ q̄ facit q̄ dicit Albert⁹ libro de quatuor coeuis scribens: q̄ molicies & raritas carnis (nō q̄ ex humore & flegma indigesta ꝓuenit vt in mulierib⁹ que malū tactū & iprudentiā notat) s; que ꝓuenit ex humido subtili & spumoso aereo bene terminato & calido tēperato bonitatē mentis attestat̄: nā dicit Plato q̄ bonitas forme sit scd̄m merita materie. & iō dicit phūs. ij. de aīa. q̄ molles carne apti sunt mēte. Et sup

missus est dicit Albertus: q nigredo oculorū & capillorum et i cute candor arguūt calidaȝ complexionē & preclarissimū intellectū. Unde Galienus in tegni dicit. Cōposita calida & sicca si non habūdant pfecti sunt sensib⁹ & vigilantissimi. i. strenui. Nam a caliditate fluit velocitas apphendēdi: & a siccitate firmitas retinēdi. ppterea dicit q generaliter mollicies carnis: subtilitas vnguiuȝ: tenuitas capilloꝝ: puitas dentiū & oris: attestant̄ mansuetudinē & bonaȝ mentē & econuerso. Vngues acuti fortes & magni dētes / & scisso oris notant ferocitatē & prauū intellectū. Astronom⁹ aūt de ingenijs & huiusmodi arguit & iudicat ex corpib⁹ celestib⁹ tanq̄ ex causis remotis. Ergo concludit q iudicium potentiarum cognoscitiuarū in hoīe bene haberi non pōt ex dispositione astrorum in horis natiuitatuȝ. Et q de huiusmodi melius iudicat expertus medicus ex causis inferiorib⁹ q̄ ex consideratione causarum superiorū superstitiosus astrologus. Hec Albertus & Henricus.

Secunda questio huius noni capitis est vnica. s. an ex impressione celestium corporū causentur in diuersis regionibus quasi appropriata vicia & virtutes & in hoībus diuersitas morū. s. vicioꝝ & virtutum. Ad quam videt̄ respondendū affirmatiue & primo sic: Nam precognitio aliq̄rum futuroꝝ non potest accipi nisi ex illis in q̄bus illa futura sunt aliquo mō sicut in causis. Sed p̄cognitiones moruȝ hoīm: & operuȝ humanorū accipiunt̄ ex ipressione celestiū: sicut patet in astronomis q multa p̄dicunt: ergo. Item phūs li. de pprietatib⁹ elemētoꝝ dicit: q regna vacua facta sunt apud coniunctionē duorū magnoꝝ planetarū: Iouis. s. & Saturni.

Sed hoc non esset nisi bella & lites ex astris dependerēt ergo. Itē ad vniuersitatis ordinē spectat: vt oē qđ nō eodē modo se habet reducatur ad causā semp eodē modo se habentē. Sed actus ex libero arbitrio dependētes maxime sūt varij & multiformes: ergo oportet vt reducant̄ in vniformes motus celestiū corporū sicut in sua pricipia. Et Ptolome9 li. iij. quadripartiti dicit: ꝙ habitatores asie maioris: sūt vt in plurib9 casti & abstinētes: et castissimis vtunt̄ vestimētis/ex societate & aspectu Saturni & Iouis. Et Ambro9 .i. li. Examerō/ītroducit quendā astronomum dicere solitū: si qs signo arietis nascatur existimabit̄ prestātissim9 cōsilio. Laboriosos facit & patiētes quos nascētes Thaurus (iugo assuetus) aspexerit. Percussorē & venena reuomentē cui9 natiuitatē Scorpio venenosus cōplexus est. Si qs sub aquario nascit̄ piscatoris ministeriū sortiet̄. Et si qs sub signo libre nascit̄ erit ꝑcul dubio trapezita. Et Aug9 sup psal. lxiij. introducit quēdam mathematicū dicere solitū ꝙ adulterū nō ꝓpria voluntas facit: sed venus. Et homicidā non ꝓpria volūtas facit: sed mars. Et iustū nō volūtas: sꝫ Iupiter. Et Messehalach in li. de receptiōe: respōdens cuidā interroganti sup regni adeptiōe dicit. Saturn9 est q tribuit ei regnuꝫ Et Albumasar li. vi. dīa. xxxiij. ponit solē dñm diei dominice: & dñm prime hore ei9. postea Venerē scdē hore & sic simılit̄ currēdo p planetas zc. Ergo ex hijs oibus videt̄ ꝙ diuersitas morū in nob̄ causet̄ ex īpressione corporū celestiū. Sed in contrariū est phūs. iij. ethi. dicens. In nobis est bonos vl̄ malos esse. Et Seneca ad Lucilluꝫ dicit. Errat si qs existimat nobiscū vitia nasci. Superuenerūt ingesta sūt. Nulli nos vitio natura cōciliat. Nos illa integros ac liberos genuit. Rñō dicendū ꝙ quidā curiosi hoies q appropriata vitia et virtutes diuersarū regionū

& mores singularū gentiū explorauerunt diuersimode rñdent ad hanc questionē. Et prio ad hanc questionez rñdent astronomi scd̄m supstitiones suas dicētes: ꝙ virtutes et vitia appꝓpriata regionib⁹ diuersis & hoib⁹ diuersarū regionū oriunt̄ a celo: ex h̄ ꝙ scd̄z eos alie stelle alie ptes celi ad alias regiões respectū hñt seu relate sunt: scd̄z quaꝝ influētias naturant̄ hoīes seu inclinant̄ in vna regiōe ad virtutes & ī alijs ad vitia. q̄ rñsio quātuz valeat vl' poti⁹ quātuz nō valeat ptim ex dictis & ex dicēdis satis poterit apparere. Scd̄o rñdent ad hāc questionē phi naturales & bñ: ꝙ hoc accidit ex dispositiōe elemētoruz in suis īpressionib⁹ & alijs hitudinib⁹ & ex cōuersiōe taliū ad oriētez: aqlonē: meridiē: vl' occidentē. Tertio medici rñdēt & bñ scd̄z cōsideratiōes eoꝝ ꝙ cōtractio diuersaꝝ inclinationū naturaliuz ī hijs q nascūt̄ in diuersis regiōib⁹ accidere pōt ex mala vl' bona seu egra vl' sana dispositione aeris et aqrum et maxīe ex dispositiōe rerū cibaliuz & potaliuz: qa vsus illoꝝ cōtinuat⁹ a pueritia magnā facit īpressionē in naturalib⁹ hoim. Qd̄.n. diuersificatio cibi et pot⁹ et dispositio in q̄li et quanto valde naturā alteret & cōplexionē imutet: ac ꝑ hoc ea q̄ cōplexionē sequunt̄ variet: nemo medicorū ignorat: s3 oēs tanq̄ pricipiuz supponere hñt. nec aliqs moraliū phōꝝ dubitat ex q̄litate & quātitate cibi & pot⁹: varias passiōes excitari et varia vitia generari: vt gulositatē: ebrietatē: luxuriā: irā & ex hijs alia q̄ sequunt̄: In regionib⁹ ergo vbi res ad nutrimentū ꝑtinētes delectabiles reperiunt̄: ibi vt plurimū cōsequens est: huiusmodi vitia carnalia magis regnent & ex hijs vitiorum oīm radices: videlicz ociositas: cecitas mentis: ruditas ingenij: ignoratia: negligētia et similia: ex qbus oīs ●uersitas hoim circa virtutes & veritatē oriri solet. Sic & regiones q̄ rerum ad substentationem

vite ptinentium caristiam & hoim copias hñt: generant quedã alia vitia. s. rapacitatẽ: cupiditatez: fallendi calliditatem & huiusmodi ad q̃ rerum penuria hoies ĩpellere cõsueuit. Sunt tñ in regionib⁹ illis cõsequẽter hoies subtiliores: prudẽtiores et ingeniosiores q̃ in regionib⁹ p̃dictis: qa sicut paupertas et inopia subtilis est et ingeniosa: ita econuerso voluptas et rerũ copia rudis & grossa ĩprudens & stulta. Seqtur ergo q̃ regiones in qbus est rerum victualiũ bene dispositaruz cõpetens mediocritas: min⁹ de tribulis: spinis & peccatis habundãt: Regiones vero in qbus delectabiliũ nutrimentorũ copia sup̃fluens q̃si sine labore haberi põt. Vallis i'la est illustris plena pessimis hoibus: de q̃ habet̃. Gen̄. xiij. q̃ anteq̃ subuerteret dn̄s Sodomã & gomorrã irrigabat̃: q̃si paradisus domini: & sicut egyptus veniẽtib⁹ in Segor. Quarto respondent ad p̃dictũ dubium legiste seu humanarũ legũ prudentuz cõditores: q̃ vt plurimũ gentiũ vel regionum ruditates & mali mores originem habuerunt ex defectu sapientũ a principio & rationabiliũ leguz. Vnde quedaz regiones vl' gentes habuerũt ab initio viros prudentes aut saltẽ leges prudentũ receperũt. ĩ qbus p̃manserũt semp: q̃daz vero diu sine legib⁹ ĩ barbarismo: seu barbarie vitioruz p̃manserũt: q̃ vsq̃ adhuc barbaros mores habẽt & sequunt̃. Quedã vero gẽtes vel regiões ab earũ origine p̃uente fuerunt p̃uersis legib⁹ aut sup̃stitiosis paternis traditionib⁹ in qbus in toto aut ĩ pte vsq̃ adhuc p̃manẽt & hoc quantuz ad legistas. Quinto r̃ndent phi morales xp̄iani dicẽtes: q̃ mores damnati hoim & vitia/in ordinate stimulatiões hoim & varietates malarũ affectionum p̃ueniũt inclinatiue a celis: sed impressiue ex quatuor radicibus. Prima est fomes qui in pena peccati originalis nobis oibus cõgnascitur.

Caput Nonum

Secunda est inordinata cōplexio contracta ex inordinata vita parentū: ex qua sepe in prolē venire cōsueuit Vitiosaq; inclinatio: que nō nūq; in illegitime cōceptis se ꝑdit. Tertia radix est mala prolis educatio: & ipsius post educationē in ordinatū regionē quo volūtarie se ipsum habituauit male. Quarta radix est malignoruꝫ spirituū tētatio & i contrariū oīm virtutū multiplex vitiorū occulta suggestio. Sexto rñdent ad dubiuꝫ illud theologi pratici dicētes: ꝙ qñq; vna regio ex causis deo notis minus respecta est & defensa a diis.i.a sctīs dei & angelis bonis: & a demonib⁹ qb⁹ [vbi plus ptātis ꝑmittit̄ ibi populus magis vitijs & errorib⁹ ꝑuertit̄. Vnde etiā in qbusdā ciuitatib⁹ aut regionib⁹ colunt̄ sancti plures aut potēti ores seu maioris apud deū meriti: & in qbusdam minores aut minus ꝑpitij: vł similes ī vna regiōe solēnius & deuoti⁹ colunt̄: ꝑpter qđ hoīes vnius regionis aut ciuitatis auxilio suorū sctōrum magis dirigunt̄ & defendunt̄ & iuuant̄ a demonib⁹ vitiorū incēsorib⁹ & hoīes alterius regiōis minus. Rursuꝫ sicut ex scriptura. Dañ.x. apparet: regionibus singulis & ciuitatibus vident̄ ex benignitate dei preesse angeli boni nō minus ꝙ singulis hoībus: ita ex dispositiōe principiū demoniorū luciferi angeli mali diuersis vitijs deputant̄: vt vnus luxurie: alter auaritie: alter suꝑbie: regionibus singulis presint. Vnde quedā glo. suꝑ Io.xi. vt adducit Alexander/dicit. Non est putandū ꝙ vnus fornicatiōis spūs exurrateū qui in Britānia fornicat̄: & illū qui in India vł alijs locis: nec vnū esse spiritū q in diuersis locis hoīes ad vitia agitat. Sed puto magis spiritū fornicationis esse vnum: & inumeros q in hoc ei officio pareāt & qui ad huiusmodi hoīes peccata sollicitāt. Similiter iracundie principē vnū esse arbitror: & īnumeros sub eo esse eius

dem officij demones: & idem de ceteris peccatis. Ideo nō vnus principatus dicitur ab apl'o: sed plures contra q̄s nobis cōtinua lucta: pugna & palestra est. Septimo ad hoc respondēt theologi speculatiui imitādo Thomā & Bonauenturā in. ij. sniarꝝ. di. xvij. dicentes q: mores hominū. s. appropriate virtutes & vitia & eorū euentus futurorum: causari ex sideribus pōt intelligi dupliciter. Vno mō necessario & sufficiēter. Alio mō dispositiue seu inclinatiue & cōtingenter. Si intelligant primo mō negandum est q mores hoim causent ex sideribus: tum qa cū motus corporū celestiuꝫ sit naturalis & necessari⁹ diuersitas morū eēt naturalis & necessaria: & non ex libero arbitrio: & tūc esset frustra cōsilia: nec merita essent nec laudes: vt infra latius videbit. Repugnat etiā xpiane religioni qa tolleret premiū et meritū. Repugnat sensui: qa videmus eodē vtero natos morib⁹ diuersificari. Postremo repugnat: qa videmus & legim⁹ multos in primis adolescētie annis dissolutissime fuisse vite: deinde morib⁹ in melius mutatis: ornatissime vixisse & speciose: vt videri pōt in exemplis que ponit Valerius li. vi. c. vij. de mutatiōe morū & fortune. de Scipione affricano. Q. Fabio maximo. Q. Catulo. Lucio Silla: testimonio phō. ppterea optime dixit Solō phūs. Nemo dum viuit vere felix vel miser dici pōt ad vltimū enim vsq fati diem ancipiti fortune subiecti sumus: & morum assidue mutationi. Si aūt nos loquamur scđo mō. s. contingenter: inclinatiue seu dispositiue sic concedendū est q mores patriarū appropriate virtutes & vitia hoīm & eorum euētus futurorū a corporibus celestib⁹ & siderib⁹ dependeāt. Nam virtus corporꝫ celestiū opat ad mixtionē & qualitatē cōplexionū corporū. Varia aūt dispositio & cōplexio corporū facit multum ad variationem

affectuū & morum aīe. Nam vt plurimū aīa mutat̄ ad cōplexiones corpales. Colerici enī sunt iracūdi. flegmatici pigri. Sanguinei benigni. Melancolici liuidi. Hoc tm̄ vt diximus dispositiue cōtingēter et valde de longinquo: & nō necessario dr̄. Nam aīa dn̄at̄ corpi & maxie qn̄ est adiuta p grām. Vnde videm⁹ mlt̄os colericos mā suetos. Ex hijs ergo apparet vnde orian̄t singularū regionū & ciuitatū appropriata vitia: vnde originaliter veniat q̄ in quibusdā regionibus sunt vt plurimū boni & recti cordibus: & in alia prauis & puersis moribus.

Ad primū ergo argumentū negat̄ consequētia: q̄a p sciunt̄ actus hūani nō sufficiēter ex astris: sed tm̄ coniecturaliter. Ad sdm̄ dicit dn̄s Bonauētura q̄ phūs illud attribuit sideribus scd̄m quandā dispositionē ad tales effectus ex quibus bene generantur. Nam ex motione alicuius humoris pōt aliqua affectio in anima excitari quam tm̄ nō est necessariū sequi: pōt enī eam anima cōprimere. Quia vero mlti sunt sequētes passiones: ideo multi subiciuntur astris. Sed de sapientibus pauca possunt dicere astronomi. Ad tertiū respōdet Tho. in. ij. sniarꝫ dicens: q̄ reducuntur ad diuinā volūtatē. Auctoritates autē oēs in cōtrariuꝫ adducte intelliguntur contingenter & dispositiue nō aūt necessario & sufficienter. Io. de turre crema. Cardinalis & Henricus.

t Ertia questio principalis hui⁹ noni capitis est de fato. An. s. aīa rōnalis respectu volūtatis & actuū ei⁹ subdat̄ & necessitet̄ a fato. Sub qua septē questiūcule soluent̄: quarū q̄libet ifra declarabit̄ ordinarie.

p Rima questiūcula ē: Quid

sit fatum scdm poetas. Ad quā sic respondet ꝙ fatū est ipsa imobilis & determinata series scdarum causarum ordoq; futurorū sub diuīa dispositiōe res humanas necessitās. Vnde Ouidi⁹ loquēs in epl'is de Paride ait. Te tua fata trahunt ne cepta relinquere possis. Ne retrahas animum te tua fata trahunt. Sic loquebat' Homer⁹ duobus uersib⁹ ꝙs Cicero vertit in latinū. Tales sunt hoīm mētes qualis pater ipe Iupiter auctiferas lustrauit lumīe terras. Et ex radice qdā; poete antiqui finxerūt aliqs ydeas fatales quas vocauerūt Sorores parcas ꝑ cōtrarium: qa nulli parcunt. Et iste erāt vt dicit Plato tres. s. Cloto: Lachesis & Atropos. Et prima dicebant colū baiularet. Secunda traheret filiū. Tertia incideret. vnde versus. Cloto colū baiulat Lachesis trahit. Atropos occat. Prima futura cōtingētia portat. Secunda ꝓtrahit ad hoc ꝙ ponātur in pnti. Et tertia distribuit etiā in pterito. Prima rebus vitā donat. Scda ꝓtrahit. Tertia frangit. Hinc fluxit illa falsa opinio rusticorū et vetularū dicentiū: ꝙ iste dee fatales solebāt hoībus apparere: dantes eis respōsa et pmissa īfallibilia. Sed hec oia ficta & figmēta sunt demonum sub imagine harū triu; sororū hoībus supstitiosis illudentium: q hanc seminauerunt zizaniam false credulitatis. Ergo obmissis poetis nichil certi de fato asserentibus ad philosophos & astrologos veniamus.

Ecunda questiuncula est:

S quid sit fatum scdm phōs stoycos & astrologos: & qd ipsi fato: phi astrologi & stoyci ascribūt. Ad quā sic rndet ꝙ phi primo sic fatū diffiniūt. Fatū est dispositio vl' ordo aut series scdarum causarū. i. siderū & planetarū influētiaq; celorū: qn quisq; nascit' siue cōcipit'. decernēs regulās & necessitās oēs effect⁹ īferiores

respectu boni vel mali que proueniũt hoĩbus: Et Hermes Trimegistus & Apuleius sic fatũ diffiniũt. Fatum est q̄dam inflexio causarũ scdarum dependentiũ ex puidẽtia prime cause. Ptolomeus aũt & astronomi sic diffiniunt Fatũ est quedã colligantia causarũ: trahens vim & effectuȝ ex motibꝰ astrorum. Et Seneca dicit. Fatũ est quedã necessitas oĩm rerum & actionuȝ quã nulla res disrumpere põt ex dispositione Iouis: & dignissimo deorũ consilio dependẽs Democritus autẽ & Epicurus dicunt. Fatum est quedaȝ virtus & vis celestis: existens in motibꝰ corporuȝ celestium & moribꝰ eoꝝ. Sub se continẽs & cõnectens de necessitate oẽs effectus qui fiunt infra speram actiuoruȝ & passiuorum. i. lunã. Et Crisippus stoicus vt refert. A. gellius li. vi. noctium atticarũ dicit. Fatũ est sempiterna quedã & indeclinabilis series rerum: & cathena: voluens sese semetipsa & implicans p eternos consequẽtie ordines: ex q̄bus acta cõnexaq; ẽ. Ascribũt autẽ supradicti phi astrologi & stoici huic dispositioni secundaruȝ causarum & influentie celorũ quã fatum vocant oẽs effectus naturales & voluntarios: oẽs inclinatiões ad vitia vel virtutes: oẽs aĩorum passiones: concupiscentias: futuros euẽtus bone vel male fortune. Cogitationes hoĩm et tentationes: iuxta errorẽ Empedoclis dicentis: vt recitat phũs. ij. de aĩa. ꝙ tales in hoĩbus sunt voluntates & mentes quales in die ĩmittit pater viuoꝝ atq; deoruȝ. i. sol vel Iupiter. Affirmantes: oĩa hec fieri et disponi ĩmobiliter & necessario o fato: etiam preter dei & hoĩm voluntates. Ponentes ꝙ nichil sit in nostri liberi arbitrij potestate. Hec Albertus & Henricus.

Ertia q̄stiũcula ẽ Quõ p̄dicti phi astrologi. et stoici pbãt oĩa sb̄di et necessitati

a fato. Ad quā rñdet: q̄ opinionē hāc suā ꝓbāt rōne: au=
ctoritatib⁹: et exēplis. Et rōe prio sic. Posita sufficiēti cā
de necessitate sequit̃ effect⁹: sꝫ fatū & series scdarum cau
saꝝ est sufficiēs causa oim effectuū naturaliuꝫ & volū
tariorum īfra lunā. ergo oīa ab eo de necessitate ꝓueni=
unt. Maior ē nota. & minorē ꝓbant p Boetiū. iiij. de con
solatione dicentē. Series fati celuꝫ & sidera mouet: elemē
ta inuicē temperat: & alternā transmutationē transfor
mat. Eadē nascētia occidentiaq̄ oīa per siles fetuū semi=
numq̄ renouat ꝓgressus. Actus autem fortunasq̄ ho=
minū indissolubili causarū cōnexione constringit. hec
ille. Hinc ergo Seneca in tragedijs dicebat. Regitur fatis
mortale genus. Et iterū ibidē. Quicquid patimur mor=
tales. Quicquid facim⁹ venit ex alto. Et de consolatio=
ne. Mutare fata non possum⁹ Stant dura inexorabilia.
Et Damascenus libro. ij. sñiaꝝ dicit. Corpa celestia con
stituūt in nobis habit⁹: complexiones & dispositiones
Et Ptolome⁹ astronomus li. iij. quadripartiti dicit. Sol
interficiendi & saluandi vim habet. Et ibidē dicit. Cor=
pora celestia cogunt hoīem peccare & bene facere. Et
multi poete idem dixerunt: Nam Lucanus li. vi. dicit.
Preceps agit omnia fatum. Nec medij dirimunt morbi.
Vitamq̄ necemq̄. Et Ouidius libro de tristibus. Ratio
fatum Vincere nulla valet. Et Iuuenalis li. iij. dicit. Ser=
uis regna dabunt captiuis fata triunphos. Et iterum li=
bro vltimo. Plus etenim fati valet hora benigni. Quā
si nos veneris cōmēdet epl̄a marti. Et Samia genetrix. i.
Cibeles mater deorum: que dicitur Samia a Samo insu
la vbi colebatur. Et Satyra septima q̄ incipit & spes & ra
tio dicit. Distat enī que Sidera te excipiāt modo primos
incipientē Edere vagitus & adhuc a matre rubenteꝫ. Et
Quintus Curtius libro. v. dicit. Eludant videlicꝫ quib⁹

forte ac temere humana negocia voluit: agiq; persuasus est. Equidem eterna constitutione crediderim nexuq; causarū latentiū & multo ante destinatarū suū quemq; ordinem imutabili lege pcurrere. Et Plinius libro primo naturalis hystorie dicit. Singulis sidera tributa sūt nobis Clara diuitib⁹. Minora pauperib⁹ obscura defectis. Et p sorte cuiusq; lucentia ad munera mortalibus Et Quintilianus libro declamationū. Fato viuim⁹: languemus: cōualescimus: morimur. Medicina qd prestas Nisi vt iuxta te nemo desperet. Vnde etiā in quodā epitaphio dicit. Parce precor: tristes questus effūdere vixi. Non erat in fatis lōgior hora meis. Et in alio epitaphio dicit. Heu infelicē sub iniquo sidere natū. Lapsus equo preceps occidit ante diē. Exemplis etiā pz. Nam Cicero libro de natura deorum adducit exemplū duorū fratrū qui cum simul nati essent etiā simul postea egrotare ceperunt: & eorū morb⁹ pariformiter cepit ingrauescere & eodē medicamine sanati sunt: de qbus dicit Possidonius astronom⁹: q ideo hec equaliter & vniformiter illis acciderunt: qa eandē constitutionē astrorū in cōceptione & natiuitate habuerunt. Exemplū patet etiā in filio dñi Io. de lignano tēpore pape Martini. Hic enī dñs Io. doctissimus iuriscōsultus ac celeberrim⁹ astronom⁹: p videns ex genitura filiū quendā suū cruci affigendū volēsq; fatali geneseos dispositioni succurrere: eū sacris initiari ac liberalib⁹ disciplinis apprime fecit erudiri: sz nec sic quidē euitare potuit vim fati decreti. Nam cū eū patria Bonienses p pace cōponenda ad Martinū pontificē max. legatū misisset & ipse magis ad exitiū q̄ cōmodū patriā clanculo pdidisset pōtifici. Idq; post reditū dominis inotuisset: eū nocte patibulo affixerūt. Quē illucescēte die cū pater pēdentē vidisset: deplorās inqt.

Heu fili mi: tuū infelicissimū fatū nec hūanis litterarum adminiculis nec diuis ministerijs supare potuisti. Ex istis ergo dictis phōrꝝ & astronomorū cōcludūt mlti et dicūt oia fato moueri & regi. Hec aliquē posse declinare aut trāscēdere fatorū agmīa. Inde etiā est ꝙ quidā astronomi igerūt se ad iudicandū de futuris euentib⁹ hoīm vita & morte regum, pace & bellis populorū: diuitijs & paupertate hoīm, fecunditate & sterilitate vxorū habundātia et in edia messiū. De honorib⁹ & dignitatib⁹ ꝑlatorū ꝑsepe vera predicantes vl̄ potius vaticināntes. Sed quā istorū dogmata maxima sunt: & ad vertendū vite humane statum spectant. Idcirco in sequenti articulo citanda et adducēda erunt atqꝫ a nobis coarguēda. Ne & nos fallamur ipulsi auctoritate hoīm q se putāt eē sapiētes.

Quarta questiūcula ē: Quot

sunt sacrilega dogmata de fato phōrꝝ et quō a catholicis doctorib⁹ reprobant̄. Ad quā r̄ndet ꝙ tria sunt execranda dogmata phōrꝝ de fato dicentiū. Primū est: qd' dicūt fatum esse celestē aspectum & dispositionē siderū necessitatē simpliciter ex se oēs effectus inferiores circūscripta ex toto oi ꝓuidentia dei: ītuentes se dicto Augustini. v. de. ci. dei dicētis: fatum esse ordinē quendā et dispositionē sc̄darū causarū ad effect⁹ ꝓducēdos i hijs corruptibilib⁹ & generabilib⁹ ꝑter dei & hoīm volūtates. Qd' dogma ꝓbat̄ eē falsū rōne et auctoritate. Rōne sic. Tho. iij. cōtra gētiles. c. lxiij. Impossibile est ꝙ aliq̄ nō cognoscētia finē: operent̄ ꝓpter finē & ordinate ꝑueniant in ipsum: nisi sint mota & regulata ab aliq̄ habente finis cognitionē: sicut patet de Sagitta. Sed oīa corpora naturalia planete sidera operantur ꝓpter finem: & mouent & consequunt̄ finem: licet illum non

agnoscant: ergo oportet q tota opatio eoruȝ ab aliquo ordināte & regulante dirigat. Illud aūt est quā dicim⁹ puidentiā diuinā. Propterea dicit sapiēs. xiiij. Tua aūt pater puidētia ab initio cūcta gubernat. et Sapi. 8. Attigit a fine vsqȝ ad finē fortit & dispōit oia suauit. Et Sap. 12. Non ē alius de⁹ q̄ tu: cui cura ē de oib⁹: & ad hebr. Portās omnia verbo virtutis sue. p hoc facit q̄d Aug⁹ dicit. iij. de trinitate. c. iiij. Nichil fit visibiliter in hoc mundo: q̄d non de interiore inuisibili atqȝ intelligibili aula summi imperatoris iubeat aut pmittat: scd̄m ineffabileȝ iustitiam premiorū atqȝ peñarū gratiarum & retributionū in ista amplissima quadā imensaqȝ totius creature republica. Et Lactantius libro. iij. c. xxi. dicit. Quis eni non sentiat hunc mundū tam mirabili ratione compositū aliqua puidētia gubernari: qñ nichil est q̄d possit sine vlla moderatione cōsistere. domus absqȝ habitatore dilabit. Nauis absqȝ gubernatore abijt pessum. Corpus ab anima derelictū defluit. Ne dum putemus totam istaȝ molem aut construi sine artifice: aut stare tam diu sine rectore potuisse. Et libro. i. dicit. Nemo eni est tā rudis: tam ferus morib⁹ q̄ oculos suos in celū tollens tametsi nesciat cuius puidentia regat hoc oē q̄d cernitur: nō tñ aliquomodo esse ītelligat ex ipsarū rerū motu: magnitudine pulchritudine: vtilitate: tēperatiōe: nec fieri posse: quin id q̄d mirabili rōne constat cōsilio aliq̄ maiore sit institutū. Ergo ex hijs pȝ falsitas phōrȝ et astronomorum quātuȝ ad primū dogma. Ad dictū aūt Augu. q̄d adduxerūt dicit q̄ Aug⁹ illud adducit in psona stoicorum. Secundum dogma puersum astronomorū est: q̄a dicunt q̄ oia que fato subdunt de necessitate & imobiliter eueniūt: q̄d pbant sic. Posita quacūqȝ causa sufficienti necesse est immobiliter effectū sequi. Sed corpa

celestia cum suis motibus & dispositionib⁹ sunt sufficiens causa suorum effectuū: ergo oportet q̄ de necessitate effectus imobiliter consequant. Unde & Boetius dicit: q̄ fatū est imobilis dispositio inherēs rebus mobilib⁹. Sed hoc etiā ꝓbat̄ esse falsuꝫ. Primo quantū ad res humanas. Nam humani act⁹ nō subdunt̄ actioni celestiū: vt infra ꝓbabitur. Et iō nichil ꝓhibet p voluntariā actionē ipediri effectū celestiuꝫ corporum: nō solum in hoīe: sed etiā in alijs rebus ad q̄s hoim operatio se extēdit. Secundo positio istorū est falsa quantū ad oīa que p accidens aguntur: q̄a illud quod est p accidens nō est ꝓprie ens: neq̄ vnum. Sed omnis actio naturalis terminatur ad aliquod vnū: ergo impossibile est q̄ aliq̄d quod est per accidens sit effectus per se alicui⁹ naturalis principij. Nulla enī natura pōt facere q̄ intendens fodere sepulchruꝫ inueniat thesaurum. Et sic cum corpus celeste agat per modum naturalis principij: q̄a per motum naturaleꝫ sequitur q̄ impossibile sit q̄ aliqua virtus actiua corpis celestis sit causa actiua eoruꝫ q̄ hic aguntur per accidēs. Unde dicit phūs. vij. metha. q̄ nō q̄cūq̄ causa posita necesse est effectū poni. Sunt enī quedam cause q̄ ordināt̄ ad suos effectus nō ex necessitate sꝫ vt in plurib⁹ que quandoq̄ deficiūt in minori p̄te ꝓpter corruptionē aut impedimentum alicui⁹ principiorū vt cum natura ꝓducit monstrum vl' hominē cum septem digitis: que sc̄dm phm̄. ij. phisicorū. fiunt a casu & fortuna. Philosophus autem dicit in li. de sōno & vigilia. q̄ corpa celestia nō semp ꝓducunt suos effectus in istis inferioribus inanimatis ꝓpter cōtrarias dispositiones impedientes. Frequēter enim inquit fiunt signa imbriū & ventorum: q̄ tn̄ non eueniunt ꝓpter contrarias dipsositiones fortiores. Sequit̄ ergo q̄ nec respectu voluntariorū nec effectuū

omnium naturalium que fato directe subdunt̃ de necessitate & imobiliter omnia eueniunt. Ad motiuū autē ipsorꝝ dicit̃ ꝙ corpa celestia siue fatū sunt causa inferiorum effectuū mediantib⁹ causis mobilibus particularibus que deficere possunt in minori parte: & ideo per accidens mobilia sunt. Nam vnūquodqꝫ recipit̃ in alio ad modum recipientis. Sicut enī virtutes celestes in se necessarie recipiunt̃: tn̄ in inferiorib⁹ effectib⁹ mobilibus mobiliter & cōtingēter: & cū omne multiforme: variū: casuale: ꝑ accidēs & mobile reduci habeāt ad aliquod principiū vniforme & ꝑ se. Idcirco huiusmodi casualia q̄ sunt mobilia respectu corporū celestiū & sc̄darum causarū per relationē tn̄ ad primū principiū a quo ordinant̃ siue ad intellectuꝫ diuinū & ad illius ꝓuidentiā sic sortiūtur quandā imobilitatē et necessitatē: nō quidē necessitatis absolute sed conditionate: sc̄d̄m ꝙ dicim⁹ hanc conditionalē eē verā vel necessariā. Si de⁹ p̄sciuit hoc: futurū erit. Vnde cū Boeti⁹ dixisset fati seriē esse mobileꝫ: post pauca subdit. Que cū ab imobilib⁹ ꝓuidentie diuine ꝓficiscit̃ exordijs/ipsam quoqꝫ imutabilē esse necesse est. Tho. pri. pte. q. cxv. & .cxvi. ꝑ totū. Ad illud aūt Boetij dicētis ꝙ fatū est imobilis dispositio inherēs reb⁹ mobilib⁹. Rn̄det̃ ꝙ dispositio sc̄darum causarū quā fatū Boetius vocat: dupliciť cōsiderari potest. Vno modo sc̄d̄m se & in se ipsis secūdis causis: & sic fatū mobile est sicut & res mobiles siue voluntarie fato subiecte. Si vero fatuꝫ accipiat̃ siue dispositio causarꝫ secundarū per relationē ad primū principiuꝫ diuinū a q̄ ordināt̃: sic bene fatū immobile est: & sic accipit Boeti⁹ fatū ꝑut. s. refert̃ ad volūtatem & p̄tātem dei: nam oēs creature in se licet sint mutabiles aliquo mō: ꝑut tn̄ referunt̃ ad dei ꝓuidentiā sortiunt̃ aliquā imutabilitateꝫ. Et ꝓbat̃ etiā hoc secundū

dogma etiā peruersū ex incōuenientijs q̄ sequerent̄ ad ipm. Nam si concedim⁹ fatuȝ necessitatē inducere in hominib⁹. Seqtur primo ꝙ male dixit Moyses in opere q̄rte diei enumeratis duob⁹ magnis luminarib⁹ & stellis cum subiunxit. Et vidit de⁹ ꝙ esset bonū: supple regimē stellaruȝ. Nam si a fato & stellis iste est fur: ille latro: ille auarus: ille luxuriosus: ille ebriosus: hoc nō est bonū: sȝ pessimū. Si cursus celorū & stellarū hec facerent: nō dirigerēt hoīes illuminādo terrā in debitū finem: sed a debito fine auerterēt. Seqtur ꝙ dn̄s de⁹ q talem ptātem & influentiā dedit astris: magnam occasionē dedisset hoīb⁹ declinandi ab hijs q̄ credenda ꝓponit fides xp̄iana. Seqtur secundo nō sit necesse aliqs rogetur aut colat̄ de⁹. Sequitur ꝙ nullum sit peccatum tollit enī fatū libertatem voluntatis qua oē pc̄tm̄ cōmittit̄. xv. q. i. in principio. Sequitur ꝙ de⁹ sit causa oīm peccatorū: qa quicqd est causa cause: est causa causati: vt inqt Proculus. Seqtur ꝙ deus sibi ipsi contrariatur: nam precipit bona & cogit ad mala. Sequitur ꝙ iniuste puniunt̄ homines. Nemo enim peccat in eo quod vitare non potest.

Sequitur ꝙ absqȝ iustitia dantur premia bonis Nam voluntas est causa meriti. Sequitur ꝙ nullum iudicium de hominū factis deo relinquatur. Sequitur ꝙ theologia: artes: philosophia moralis: medicine frustra essent. Quid enī oportet docere scribere suadere mederi ꝛc̄. Si omnia ex fati necessitate euenīūt. Et si tentatiōes pro diuersitate natiuitatum: diuersis temporib⁹ anni in hominibus ex astralibus influentijs excitantur. Non ergo a demonibus & fomite peccati vt fides christiana profitetur proueniunt. Vtqȝ ad summam dicam⁹ si fato omnia fieri ab eo cuncta necessario & immobiliter euenire concedimus: omnis vita humana

subuerteret. Nam sup̄uacue obiurgationes: laudes: vitu
perationes: exhortationes exhiberentur. Ista cōsiderās
beatus Aug⁹. v. de ci. dei. c. i. inquit. Qui stellas putāt
habere talem a deo eis traditam p̄tātem: magnā celo fa
ciunt iniuriam: in cuius velut in clarissimo senatu ac
splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni
qualia: si aliqua terrena ciuitas decreuisset genere huma
no decernēte fuerat euertenda. Et idem dicit. ij. sup Gen̄
ad lr̄am. Impia p̄uersitate in malis factis rectissime rep̄
hendendis ingerunt accusandū potiꝰ auctorē siderum
q̄ hominē scelerū cōmissorē &c. Et Ambroꝰ in li. Ex
ameron. Errorem hunc nefandum de necessitate fata
li rep̄bando dicit. Quō dn̄s aut bonis p̄mia p̄posuit aut
improbis penas / si fati necessitas disciplina & cōuersa
tionē hoim / stellarū cursus informat. Si ad necessitatē
genitalē nō ad instructa morū actus nr̄i factaq; referan
tur. Cur legis p̄positesūt: iura etiā cur p̄mulgata: qui
bꝰ aut pene imp̄bis decerni aut securitas deferī inoxijs:
Cur nō venia datur reis. Cum vtiq; vt ipsi aiunt nō sua
voluntate: sȝ ex necessitate deliquerūt. Cur laborat agri
cola & nō expectat vt in elaboratos fructus priuilegio
sue necessitatis inuehat: receptaculis horreorū. Si ita na
tus est vt ei diuitie aut opes affluant. Frustra mercator
periculosius sollicitat mare cui ocioso potest q̄dem vt ai
unt sorte genitali diuitiarū thesaurus illabi. Cur oīs ho
minum sollicitudo de questu / oē studium negotiatōis
omnis labor: om̄is occupatio. Si non ex voluntate: sȝ fa
tali necessitate res decurrunt humane. Vbi enim est di
recta necessisas ibi inhonorata industria immo fatua sol
licitudo. hec ille. Vt ergo cūcta adducta inconueniētia
& hos omnes p̄niciosos errores declinemꝰ nec omnia
fato subdi nec cūcta immobiliter ab eo necessitari con

fiteamur. Tertiū dogma phōꝝ & astronomorū de fato puersuʒ est: q̄a dicūt oīa fieri & subdi fato: q̄d rōnib⁹ auctoritatib⁹ & exēplis supra nūc tertia questiūcula adductis ꝓbabāt. Sʒ falsitatē dogmatis sexta īfra questiūcula que dicta phōꝝ dissoluet: manifestabit & Boeti⁹ itē iiij. de cōsolatiōe eosdē cōfūdit dicēs: quedā que sub dei ꝓuidētia locata: seriē supant fati. q̄ vero sint q̄ fatū supāt & ei nō subduntur ex sequenti septima. q. apparebit.

Quinta questiūcula ē: Quō

q demonstrant theologi nō oīa subdi fato nec singula ab eo necessitari. Ad quā r̄ndet q̄ id Theologi ꝓbant rationib⁹: auctoritatib⁹: & exemplis (loquēdo & intelligēdo de actib⁹ humanis & volūtariis) Et primo rōne sic. Diuina ꝓuidētia sic ordinē disponit vniuersum: vt inferiora p supiora: & minus nobilia p nobiliora regant: vt dicit Aug⁹. iij. de trini. In hoīe aūt duo sūt aīa & corpus. Et corpus q̄dem quod nunc passibile ē & mortale: inferius est copore celesti. Et ideo p se & directe ei subdit & in ipsum imprimit sicut virtute eius formatum est & complexionatū. Vnde phūs. ij. phisicorū dicit Sol & homo generant hominē. i. influentia stellarū: planetarū & homo. Et Aug⁹ dicit in. v. de. ci. dei. Nō vsq̄ quaq̄ absurde dici potest ad solas differentias corporū afflatus quosdaʒ valere sidereos. Et Dionysius. iiij. c. de diuinis nominib⁹ dicit. Lumē solis ad generationē sensibiliū corporum cōfert & ad vitam ipsam mouet et nutrit & auget & perficit. Anima vero cū deo assimiletur quia vterq̄ spūs est: & effectus tanto nobilior existit quāto plus cause assimilatur. ij. & iiij. metha. Non subditur per se & directe vt dictum est: celis & planetis corporalibus. Cum ipsa aīa omnibus ipsis sit nobilior.

Caput Nonum

Non ergo anima subditur fato nec erit bona vel mala ex fato & corporibus celestib⁹: sed ex seipsa & ei⁹ libera voluntate. Tho. iij. cōtra gētiles. Scđa ratio est talis: duo motores faciētes īpressiones in eadem remota si vn⁹ est potētior & nobilior atq̄ imediatior erit etiā ad īprimendū efficatior. Sꝫ corpus nostrū subiacet duob⁹ motorib⁹ scilicet corporib⁹ celestibus & aīe rationali: que est nobilior ipso corpe celesti potētior & īmediatior: ergo erit & ad īprimenduꝫ efficatior. Plus ergo aīa poterit ī afficiendo & in īprimēdo in corpus ꝓpriū q̄ corpora celestia respectu operū expressoꝝ in corpe. Vnde quantūcūq̄ Mars moueat corpus ad ꝑturbationē & iram mouēdo sanguinē. Plus tn̄ poterit aīa bene ordinata operari temperantiaꝫ sanguinis & q̄etationē vt sit ei gaudiū & mā suetudo. Tertia ratio est talis. Si fatuꝫ & corpora celestia essent directe cause electionū & actuū humanorū sequeretur q̄ homo naturali instinctu agereť ad suas passiones: sicut cetera animalia in quib⁹ nō sunt nisi vires anime corpeis organis alligate. Nam illud quod fit in istis inferiorib⁹ expressione corporū celestium agitur naturaliter: & ita sequereť q̄ homo nō esset liberi arbitrij: sed haberet actiones determinatas sicut cetere res naturales. Que omnia sunt manifeste falsa & contraria humane cōuersationi. Ergo ex hijs patet q̄ actus humani & voluntarij fato & corporib⁹ celestibus nō subdunť.

Nunc ponēde sūt auctoritates. et primo Damasceni scđo sniaꝝ dicentis. Actuū nr̄orum nequaq̄ sūt causa corpora celestia. Nos enī liberi arbitrij a conditore facti. Domini etiā nostrorum existimus actuum. Et Greg⁹ Nicenus dicit. Dicūt egyptij q̄busdam sacrificijs fatum posse mutari. Et moyses. iiij. Deuter. dicit. Ne videas solem & lunam & omnia astra celi. & errore deceptus ad

ores ea atq; colas que creauit dñs deus in ministerium cunctis gentibus que sub celo sunt. Nota in ministeriũ & nõ in dominium. Et Ambro. in examerõ dicit. Non nulli tentauerunt exprimere natiuitatũ qualitates/qualis futurus vnusquisq; qui natus sit esset. Cum hoc nõ solũ vanum sit & inutile querẽtib9: sed impossibile pollicentibus. Et idẽ libro. iiij. Exameron: ostendẽs p locum a maiori: q celum & corpora celestia concurrũt ad generationẽ aĩalium & vegetabilium: tanq; agens vniuersale excitans & vigorans virtutes: generatiuas seminuz & animaliuz in regione elementari. Sic inqt. Conticescat ineptus sermo astronomorũ. Sciant oẽs solẽ auctorem non esse nascentiuz. Sed q dei clementia terram relaxat. Dei indulgentia prumpere fructus facit. Et libro. iiij. introducit naturaz de sole dicentẽ. Bonus qdem est sol in ministerio nõ in imperio. Bonus mee fecunditatis adiutor: sed nõ creator: effectuũ meorum formator bonus: meorũ alitor fructuũ: sed nõ auctor. Et Grego. in omelia epiphanie dicit. Absit a fideliuz cordibus vt esse aliquod fatum dicant vitam quippe hominũ solus hanc conditor qui creauit administrat. Et Ptolomeus in almegisto dicit. Homo sapiens dominabitur astris. & in centiloquio in princicipio dicit. Anima sapientis medici dominabit̃ astris. Nam medic9 adniti r̃ desiccare corpora cũ corpus celeste mouet illa ad humiditatẽ. Et Bugusarus sapiẽs in cõmẽto sup centiloquiũ Ptolomei ait. Homo sapiens & iuuat & ĩpedit celestem effectuz ex virtute sapientie que est in eo. Et Abraham auenere caldeus astrologus dicit. Siquis enim preces & clamores ad celum subleuauerit fatum suum vincere poterit. Et virgili9 primo georgicorũ inqt. Ingeniũ & reruz fato prudẽtia maior. Et Quintilian9 in. iiij. declamatiõe

dicit. Vincitur fatum si resistas. Vincit si contempseris. Audi q̄ gloriose in hanc partem Crisippus stoicus concludit dicens vt adducit Augellius in de noctibus atticis Fato inquit quadam ratione principali. i. generata omnia fiunt. Ingenia tamen ipsa habent aliquid proprium. Exemplum. Sicut si lapidē chilindrum ꝓijcias initium est ex nobis: sed tamen ille lapis preceps voluitur: nō quia id tu facias: sed quoniam id sese modus ei⁹ & forme volubilitas habet sic ordo & ratio & mobilitas fati genera ipsa & principia causarum mouet. Impetus vero consiliorum mentiumq̄ nostrarum ex nobis sunt Idcirco apud Homerum recte Iupiter de mortalibus conquerebatur dicens. Heu michi quid damnant mortales numina celi. Esse aiunt etenim per nos mala: cū tn̄ ipsi. Vecordi preter fatū sint mēte dolores. Hec ille. Nūc vero idem ꝓbabitur exemplis. Plato a phisonomo iudicatus corruptor adoloscetulorum. Respondit inclinationem astrorum sapiētia vici. Astra enim furem vel adulterum significāt: non autem furem vel adulterum faciunt. Nati sun duo gemini .s. Iacob & Esau. Gen̄. xxv. Sic alter post alterum vt posterior plantā prioris teneret. Et tn̄ in vita morib⁹ diuersi. in actibus dispares in parentū amore dissimiles fuerūt. Vno celi spacio filius regis & rustici nascunt̄: in omnibus tn̄ diuersi. Nascunt̄ sub Marte masculus & femina. Illa colum ducit: alter ense triūphat. Si dicat ad hec possidonius astronomus. Natorum hoꝝ causam diuersitatis fuisse exiguū temporis interuallū quod inter gemini dū nascerent̄ habuerūt. Respōdet ad hoc Aug⁹. in. v. de ci. dei dicens: Mirum est q̄ tam modica ꝑticula celi que transiuit tn̄ valuerit in diuersitate voluntatū: actuū: morū: casuūq̄ geminorū nascentium: aut nō geminorum. Ad quod

iterum Nigidius astronom⁹ respondet q̄ tanta est celi rapacitas vt si alter geminorū celeriter post alterum na- sceret: in celo tamen plurimū spacij causaret: exemplum rote rapacissime currētis & pcusse bis de atramento tam q̄ in vno loco: desistente postea motu: reperient duo illa puncta atramēti maxime distantia. Ex hac ergo di- stantia causata ex rapacitate celi dicit Nigidius oritur diuersitas morum & euentuū in geminis: & nō gemi- nis simul natis. Ad quod etiam respondet Aug⁹ q̄ hoc figmentū fragilius est q̄ vasa que illa rotatiōe fingunt Nam si in celo respectu simul nascentiū tam multum interest ex tā parua particula eiusdē cōstellatiōis q̄d cō- prehendi nō potest: quare alteri geminorū .s. Iacob he- reditas obuenerit. Alteri vero .s. esau nō. Quomodo er- go potuerunt astronomi iudicare respectu nō gemino- rum habentiū diuersas constellationes cum quandoq̄ respectu eorum maxima pars celi precesserit. Hec om- nia beatus Aug⁹ vbi supra. Ex quibus patet stulticia eorum qui horam eligunt nubendi: qui tempus expe- ctant cum vxorib⁹ concūbendi: qui cohibent mulieres si possunt ne vsq̄ ad tēpus pariant. Sicut Nectanybus astronom⁹ cum olimpiade matre Alexandri concūbens ꝓhibuit illam vicinā partui ne puerū vsq̄ ad horam ab eo inspectam pareret: sicut legitur in historia Alexandri magni. Noui ego doctissimū quēdam prelatū cū astro- labio horam discessus ad episcopatum expectasse. Qui tandem cū crederet astris: de sero primo hospitatus in stabulo equos visitans lapide desursum mactat. Alter electa hora ab astris ducēde vxoris: transacto anno illam cōperit cū adultero. Hinc scribit Ambro⁹ in li. exame- ron. Quam multos videmus eiectos criminib⁹ atq̄ pec- catis in meliorē statum esse conuersos. Redempti sunt

apostoli & cogregati ex peccatoribus nō vtiq̄ natiuitatis sue hora: sed xp̄i eos sanctificauit aduent⁹ et hora dn̄ice passionis redemit a morte: latro ille dānatione capitis cū dn̄o crucifixus nō beneficio natiuitatis sue. Sz fidei cōfessione ad paradisi gaudia transiuit. Ionā in mari nō vis natiuitatis: sed dissimulate diuine p̄ceptionis: p̄cipitauit offensa. Petrum de carcere angelus xp̄i nō stellarū series liberauit. Paulū p̄cussum a vipera. turbatūq̄ naufragio nō remedia natiuitatis: s; deuotiōis meritum seruabat. Sed q̄d de illis dicimus qui ap̄lorum p̄cibus cū mortui fuissent resurrexerūt: vtrum eos sua necessitas an apostolica gratia resuscitauit. Et q̄d opus facit vt se ieiunijs: orationib⁹: periculisq̄ cōmitterent: si q̄d volebant necessitatis beneficio poterāt obtinere. hec ille. Ergo melius in oībus honorem⁹ deū p̄ iesum xp̄m in spiritu sancto quibus est honor & gloria: vt dixit Petrus apostolus. Cuius p̄uidentia & nostra libera voluntate facimus quecūq̄ bona vel mala facim⁹/q̄z q̄ sequē do stulticiam sacrilegā astronomoru; negemus voluntatem qua peccamus. cōfingamus necessitatē qua delicta defendamus/p̄ditos mores p̄ quos in terra ab hoībus detestamur a sideribus inane habere mentiamur.

Sexta questiūcula est: quō

respondent theologi rationibus: auctoritatib⁹ & exemplis phōrū male de fato sup̄ tertia questiuncula sentientiū. Ad quā r̄ndet q̄ theogi argutias phōrū: auctoritates & exēpla sic soluūt: & primo ad argumētū i frōte dicūt q̄ corpa celestia sunt causa īferiorū effectuū mediātibus causis p̄ticularib⁹ inferioribus: q̄ deficere possūt in minori p̄te vt dictū est. Et ad p̄bationē minoris dicūt q̄ oīa illa q̄ tangit ibi Boeti⁹: intelligunt

fieri a deo mediantibus causis scdis. Et ideo sub fati serie cötinentur: sed nõ est eadẽ ratio de oibus alijs. vt dicit Tho. pri. pte. q. cxvi. ar. iiij. ad primũ. Ad auctoritates phõrũ astronomorũ: oratorũ: & poetarũ rñdent negando eas. Si accipiãt fatũ p cõnexione scdarum causarũ absq3 diui na puidẽtia: nã cause scde nichil agũt nisi virtute prime Damascenus aũt & Ptolomeus intelligũt q corpa celestia cõstituũt in nobis habitus & cõplexiones corpales ĩ dinatiue nõ necessarie. Ad exemplũ duorũ fratrũ gemi norũ respõdet ypocras dicẽs: q illud fuit qm parẽtes vt erãt corpe dispositi dum cõcubuerũt: ita primordia cõ ceptorũ effici potuerũt. Deinde eadẽ aeris et loci. i. dom9 positio: similia alimẽta: & vis aquarũ que ad corpora bene vel male cõcipiẽda (medicina attestãte) plurimũ valent eedem etiã excitationes: tã similia corpora fingere potuerunt: vt etiã ad egrotandũ vno tpe eisdem causis similiter mouerent. Hec Augu. Ad illud etiã dñi Io. de lignano dicit q ideo fatum vincere nõ potuit: qa regnandi causa passionẽ tpaliter vel spiritualiter dominandi rationabiliter nõ repressit. Ad illud etiã quod psepe vera pdicant astronomi. Respondet Augu. q illud fit a casu vel arte vel occulto instinctu spirituum nõ bonorum/ quibus cura est: falsas & noxias opiniões de astralibus fatis humanis mentibus inserere atq3 firmare.

Eptima questiuncula est:

S qd sit fatũ scdm theologos & q scdm ipsos fato sic vel nõ subdunt: & quõ xpiani fatũ catholice admittere pñt: & i qbus scdm eos differt fatũ a puidẽtia dei. Ad quã sic rñdet et prio ad primũ dicẽdo, q fatũ scdm theologos: ẽ reb9 mobilibus iherẽs dispositio: p q diuia puidẽtia suis qq3 nectit ordib9. Vel sic. Fatũ ẽ ordinatio

siue series scdarum causarum ad suos effect⁹ ꝓducēdos in istis iferiorib⁹ scdm depēdentiā quā hñt a deo. Ista aūt ordinatio scdarum causaꝝ ad suos effect⁹ ꝓducēdos pōt dupliciť cōsiderari. Vno mō ꝓut ē vnita ī ꝓspectu diuie mentis ordinantis & diuidētis: locis: & tēporib⁹: motu & formis omnia: & sic vocať volūtas siue ꝓuidētia diuina. Alio modo scdm ꝙ eadē ordinatio digesta & applicata temporib⁹ est in ipsis medijs causis a deo ordinatis ad suos ꝓprios effectus ꝓducendos scdm dependē tiam quā habēt a deo: & sic vocať fatū. Et sic patet ꝙ ipa dei voluntas siue ꝓuidentia pōt dici fatum causaliter. Sed ipsa dispositio & ordo causarum secundarū ad suos effectus dependēs a deo diciť fatū essentialiter. Diciť aūt ipsa dispositio causarū scdarum fatū a fari: quasi effatū diuine ꝓuidentie vt dicit. Tho. iij. cōtra gētiles. c. xciij. Et in primo sniaꝝ. di. xxxix. Deus eni suā ꝓuidentiam loquiť p Fatum: sicut homo cōceptus cordis p voces. Et sicut artifex forma de re faciēda cōceptaꝫ manifestat p opis effectū. Et sicut artifex qđ singulariť mētaliterq; ꝓspexerit p tpales ordines ducit ad effectū. Ita de⁹ sua ꝓuidentia simpliciter disponit facienda: & p fatuꝫ illa mltiplíciter ac tpaliter administrat. Ex hijs colligi possūt tria: Primo que fato subdunť: & q̄ nō. Nam ex quo fatum scdm theologos est ordinatio scdarum causarū ad effectus diuinitus ꝓuisos: sequiť ꝙ illa tm̄ subdunť fato q̄ subdunť causis secundis. Si qua vero sunt que īmediate a deo fiunt cū nō subdantur secundis causis. ergo. nec etiā subduntur fato: sicut creatio rerū primarum. s. quatuor coeua: videlicet angeli: corpa celestia: tempus: materia quatuor elementoꝝ. supposita prima/oim specierum/ que sunt ꝓducta in principio. Glorificatio substantiarū spiritualium. Iustificatio impiorum. Anime que de

nouo semper creantur. Nam hec oia a deo immediate ema-
nauerunt & creantur: & aliter produci non potuerunt nec possunt
Idcirco fato non subduntur. Illa enim que a superiori fiunt & dis-
ponuntur ab inferiori non mutantur: propterea Boetius dicit vbi
supra quod ea que sunt prime diuinitati propinqua stabiliter fixa
fatalem ordinem mobilitatis totaliter excedunt. Que autem
sunt remota a prima causa tanto pluribus fati nexibus
subiciuntur tantoque sunt magis mobilia quanto a prima
causa sunt remotiora. Exemplum patet in Boetio de cen-
tro circuli & eius circunferentia. Sic ergo illa que a deo facta
sunt & fiunt sibi soli subiciuntur. Effectus vero alij particula
res & naturales subiciuntur motui elementorum motui ce-
lestium corporum motui primi mobilis & tandem prouidentie
primi imobilis a qua cuncta habent si quam tenent firmi-
tatem: & sine qua nichil in suo statu permanet. Nam sub-
stracto primo substrahuntur subsequentia. Colligitur secundo
ex superioribus quomodo fideles xpiani concedere possunt esse fa-
tum. Nam si fatum accipiatur pro dispositione siderum in
qua quis conceptus vel natus est necessitante oes effectus infe-
riores preter dei & hoim voluntates. Sic nos fatum esse ne
gare debemus cum Gregorio dicente. Absit a fidelium cordi
bus vt esse fatum aliquid dicant. Si autem fatum accipia-
tur pro dispositione causarum scdarum & ordinatione hu-
manorum actuum per relationem ad deum & eius prouidentiam tanquam
per eum ordinata & prelocuta siue effata: sic fatum po
nere possumus. Licet etiam hoc nomine sancti doctores
vti recusauerunt propter eos qui ad vim positionis siderum
hoc nomen torquebant. Vnde Augustinus dicit in .v. de ci. dei. c. i
Si propterea quisque res humanas fato tribuit: quia ipsam dei
voluntatem vel potestatem fati nomine appellat sententiam tene
at & linguam corrigat. hec ille. Colligitur tertio ex dictis
differentia inter prouidentiam & fatum. Nam dispositio-

rerum pducendarum gubernandarũ & cõseruandarũ in
pspectu diuine mentis dicitur puidentia. Sed disposi
tio eadẽ in medijs causis a deo ordinatis ad aliquos effe
ctus pducẽdos & explicata tẽporibus dicitur fatũ. Item
differunt: qa tam necessaria q̃ contigẽtia subiciuntur di
uine puidentie: imo & ipsum fatum puidentie subici
tur. Sed fato sola mobilia subiciunt. Item differunt qa
diuina puidentia cũ sit ipsa diuina ratio in sũmo oim
principe cõstituta: vt dicit Boetius est in deo: fatũ vero est
tm̃ in secundis causis. Itẽ differũt: qa res existẽtes in deo
per modum diuine puidentie sunt ibi vnite & simpli
citer vne: scd̃m vero q̃ subsunt fato sic sunt plures di
uise: & dicuntur plura fata per quẽ modũ dicitur a poe
ta. Te tua fata trahũt. Item differunt: qa diuina puiden
tia dicitur fatũ causaliter inquantũ ordinatio fatalis de
pendet & descendit ab ordinatione diuine puidentie.
Sed ipsa dispositio scdarum causarum in se ipsa dicitur
fatum essentialiter. Item postremo differunt: quia diui
na puidentia est imobilis stabilisq̃ manẽs dans cuncta
moueri. Fatum vero cum sit in rebus mobilibus mobi
le est. Et hec satis sint p questione tertia de fato.

Uarta questio principa

q lis sub hoc nono capite ẽ de fortuna. An s.
actus volũtarij: casualesq̃ euentus necessitẽ
tur ab ea: circa quã quinq̃ questiũcule sol
uentur: quarũ quelibet infra ordine suo notabitur.

Rima questiũcula ẽ: quid

p sit fortuna scd̃m poetas et gẽtiles: & quõ ea pin
gũt: & qd ascribũt ei: & in qbus male de fortu
na sentiunt. Ad quã altius ordiẽtes Rñdet q̃ antiq phi &
poete de inferioribus effectibus: & casualibus euentibus in

ordinate cōtingētib⁹: varie locuti sūt. Epicuri eni cū Democrito: effect⁹ casuales: euētusqꝫ hūanos nulli sup̄iori determiate cause ascripseṙt: sꝫ casui q casus (teste Burleo. ij. phisi.) ꝓprie ī reb⁹ inaīatis irrationabilib⁹ & natura lib⁹ repit. Alij vero nedū effect⁹ fortuitos & cōtingētes: sꝫ & electiōes actusqꝫ hūanos ī sup̄iorē quādaꝫ cām cūcta necessitātē reducere sūt conati: quā cām vocaueṙt fatū: de quo lati⁹ sup̄ dictū est. Fuerūt itē & tertij qdam phi gētiles & poete: q euētus fortuitos: electiōesqꝫ & actus hūanos ī cām quandā siue ītelligētiā ītellectui hūano īmanifestā adducere moliti sūt: quā fortunā deā appellaueṙt.

Eāqꝫ sic pīgebāt Fingebāt eī idolū siue puellā vnā quā ab vniuersitate causandi deā noiabāt: et eā cecā pingebāt qa p̄terita: p̄sentia: & futura meti sīnā ignorātib⁹ cūctis ab ea bona & mala ꝓuenire dicebant: & bifrontē & ante albaꝫ ꝓ eufortunijs post nigrā ꝓ īfortunijs: ante capillataꝫ: qa tpe apto eufortunia iuuant: retro vero caluaꝫ: qa tpe nō cōgruo nocēt Sedentē sup rotaꝫ. i. īmobilit̄ distribuentē oīa: quaꝫ rotā voluere arbitrabanī. nescit. n. fortuna qescere: vt dicit Seneca. Hanc dicebāt felicitare et īfelicitare hoīes. hanc dirigere hoīes īmediate. i. absqꝫ ꝓuidētia dei ad eligendū vtilit̄ vl̄ nō vtiliter. hanc ponebant ī primere in ītellectuꝫ & volūtatē hoīs spem aut cognitionē sucꝝ effectuū. Hanc p̄ficiebant oīb⁹ distributiōibus bonis & malis oīb⁹ eufortunijs et īfortunijs. In p̄sona cuiꝰ rū dicebat Salomō Eccl̄s. ix. Verti me ad aliud: & vidi sub sole: nec velociū eē cursū: nec fortiū bellū: nec sapiētiū panē: nec doctoꝝ diuitias: nec artificū gr̄aꝫ: sꝫ tps casūqꝫ in oīb⁹. Et Sene. ī ep̄lis ait. Res hūanas nullo ordine fortuna regit spargitqꝫ manu munera ceca peiora fouēs Et Iuuenalis. Te facim⁹ fortuna deaꝫ celoqꝫ locamus. Et Salustius in Catelinario. Profecto fortuna ī omni re

dominatur. Ea cunctas res ex libidine nõ ex vero cele brat obscurat q;. Et plutarcus libro de remedio ire in ꝑsona. Euripidis dicebat. Deus magna regit parua vero nostra in fortune manibus dereliquit. Et Iuuenalis iterum. Si fortuna volet fiet de rethore consul. Si volet hec eadem fies de consule rethor. De hac cõquerebatur Euãder Eneam alloquens: octauo eneydos: dicens: me pulsum patria pelagiq; extrema sequẽtẽ. Fortuna oĩpotẽs & ineuitabile fatum. His posuere locis. Et Seneca prima tragedia dicebat. O fortuna viris inuidia fortibus. Quam non eque bonis p̃mia diuidis. De hac cesar cũ videret regẽ Farnacem fugere a facie Pompei dicebat: vt inqt. Q. Curtius. Quis negat eximiã quoq; glĩam sepius fortuneq; virtutis esse beneficium. Et Cicero. ij. officiorum dicit. Magnã vim esse in fortuna in vtramq; partẽ vel ſcdas ad res vel aduersas qs ignorat. Et Iulius celsus dicebat. Efficatior ẽ fortuna q̃ virtus. Sed certe hij oẽs errant. Primo qa ponũt fortunã imprimere ĩ intellectum & voluntatẽ hominis: quod paulo ante reprobauimus: monstrantes esse impossibile q corpora celestia agant intellectũ humanũ directe ĩprimendo speciẽ vel cognitionẽ suorum effectuum: quod etiã Tho. iij. contra genti. c. viij. reprobando ꝓbat. Scdo errant: qa dicunt hanc fortunã hoĩes fortunare & infortunare: quod patet esse falsũ sic. Nam fortunare ꝓprie est mouere aliquẽ vl' ĩprimere in eũ ad eligendũ aliqd ad finẽ vt cõseqtur bonum ꝑ accidens alicui electioni cõiunctũ. Corpora autẽ celestia siue fortuna nõ possunt mouere & dirigere hominem ꝑ influxum cuiuscũq; apprehensionis sensualis vel intellectualis: vel alicui⁹ appetitus ad aliqd futurũ eligendũ: vt ei occurrat aliqs accidẽtalis & ĩopinatus euentus bonus vel malus; ergo. Minor autẽ ꝓbat.

Nam ꝓprium nature est tendere ad vnũ vt in pluribꝰ. Sed illud ad qđ aliqs inclinatᷣ et euetus casualis q̄ illi electioni cõiũgitᷣ nõ sũt vnũ ꝑ se cũ nõ habeat ad inuicē aliquē ordinē vel cõuentionē. Nam q̄ aliqs instigetᷣ ire ad spectaculũ & iueniat ibi debitorē: vel q̄ inclinetᷣ a natiuitate ad fodiendum sepulchrũ & iueniat thesaurũ nõ sunt vnũ nisi ꝑ accidens: ergo sequitᷣ q̄ hec dea siue itelligētia nõ fortunat vl' infortunat. Nec etiã põt homo habere a fortuna vl' a corporibꝰ celestibus vt semꝑ vel vt in pluribꝰ eligat illa q̄bus sunt cõiuncta per accidens aliq̄ cõmoda vl' incõmoda: q̄a si sic semꝑ aut in pluribꝰ fortunaretᷣ vel infortunaretᷣ: ergo sequitᷣ q̄ falsũ dicãt poete gētiles & alij non veri phi: ponētes etiã intelligentiã siue aliquod numē diuinũ siue stellã vt dictũ est. Quapꝑter merito Augꝰ. iiij. de ci. dei. c. xviij. predictã de fortuna opinionē confutat dicēs. Dicitis fortunã bonam deam. s. q̄a edem accipit. aram meruit: sacra ei munera persoluuntᷣ: quomodo ergo dea si aliquando bona est: aliquando mala. An forte quando mala: dea nõ est: sed in malignum demonē repente conuertitᷣ. quomodo etiaꝫ bona que sine vllo examine meritoruꝫ fortuito accidit hominibus bonis & malis. Vt quid etiã colitur que ita ceca est passim in quoslibet incurrens vt suos cultores plerũq; pretereat & suis contēptoribus hereat. Aut si aliquid ꝓficiunt cultores eius vt ab illa videãtur & amentur: iam merita sequitur nõ fortuitu venit: vbi est ergo definitio illa fortune. Hec ille. Ex quibus apparet confutatio poetarum gentilium & philosophorũ secundũ nomen tm̃: nichil certi aut veri de fortuna asserentium.

Secunda questiuncula est: quid sit fortuna scđm phõs & theologos. Ad

quã sic respõdet: ꝙ Aristo.ij.phisicorum.& Tho.i cõmẽ
to ibidẽ sic eã diffiniũt. Fortuna est causa p accidẽs in hijs
que fiunt scd̃m ꝓpositũ in minori parte. In q̃ diffinitio
ne tangunt tria q̃ ad rationẽ fortune spectant. Primũ:
ꝙ fortuna est causa p accidens: vnde nomẽ fortune q̃-
uis vulgariter quandoq trahat ad effectum vt dicam⁹
Talis fortuna cõtingit tali. Cum aliqs effectus ꝓsperi
tatis aut diuersitatis cõtigit alicui. Non tñ hoc sonat no
men fortune. Sed ꝓprie dicit fortuna illud qd̃ est causa
illius effectus ꝓsperi: ideo dicitur ꝙ fortuna nõ per se est
causa effectus: sed p accidens. nã effectus p accidẽs q cõ
iungit cause per se & est p̃ter rationẽ cause per se et p̃ter
rationẽ agentis: est effectus fortuitus & a causa per ac-
cidens q̃ dicitur fortuna. Exempli gratia: lapidem descẽ
dere est per se: & hoiem ire ad forum si hoc ꝓposuit con
tingit etiã esse per se. Sed ꝙ tunc dum vadit ad forũ con
tĩgat lapidẽ descendere & frangere caput ei⁹ est per ac-
cidens: ita ꝙ iste effectus fractio capitis oritur ex cõcur
su duarum causarũ. Et licet q̃libet sit per se: tñ earum cõ
cursus ad talem effectũ efficiendum q est fractio capitis
dicitur esse per accidens & a fortuna. Secundũ vero qd̃
ad rationẽ fortune spectat est: ꝙ fortuna est causa eorũ
que fiunt in minori parte. Hoc patet per exemplũ. ꝙ eni
aliquis vadat ad forũ ꝓpter aliqd aliud: & inde depor-
tet pecuniã quã non intẽdebat: tunc deportatio pecu-
nie: cuius causa fuit aduentus ad forum: neq est ex ne-
cessitate neq semp: ergo in minori parte qa vt in pauci
oribus contingit. Tertium quod ad rationem fortune
spectat ẽ ꝙ fortuna nõ ẽ causa eorum q̃ fiũt a natura: s3 eorum
que fiunt scd̃m ꝓpositum & ab intellectu. ꝙ aũt non sit
a natura patet: qa natura vr vt semp vel vt frequenter. &
similiter operat. Fortuna vero vt in paucorib⁹ & diffi-

militer. Item neqꝫ in aiatum neqꝫ puer neqꝫ bestia agũt a fortuna cũ non agant voluntarie quasi liberũ arbitriũ habẽtes. Vnde nec eufortuniũ neqꝫ infortuniũ in hijs accidere põt nisi siĺitudinarie. Sicut quidaꝫ dixit ꝙ lapides ex qbus fiunt altaria sunt bene fortunati: qa eis honor & reuerentia exhibeť. Cum lapides eis coniuncti cõculcenť: quod dicitur per siĺitudinem ad homines in quibus honorati dicuntur fortunati. Vnde eufortunium est quando preter intentionẽ accidit alicui aliquod magnũ bonũ. Infortuniũ vero qñ preter intentionem: aliquem sequiť aliqđ magnũ malũ. Quod si hic quispiam curiosus peteret vtrum hec que sunt fortuita per accidens & casualia subdantur ꝓuidẽtie diuine. Respõdetur ꝙ sic: non tamẽ casualiter: contingenter & fortuite: sed ꝓuise preordinate certe & necessarie. Ad quod intelligendũ dicit Auicẽna. ꝙ oẽ quod fit: põt cõparari ad duplicem causaꝫ: vniuersalẽ. s. & ꝑticularẽ. In ordine aũt ad causã vniuersalẽ nichil fit fortuite vel casualiter: nam nichil in terra sine causa. s. p se fit vt diciť Iob. v. Sed bene in ordine ad causaꝫ particularẽ. Cuius ratio ẽ: qa cũ causa vniuersalis habeat finẽ vniuersaliorem ꝙ̃ particularis. aliquid bene cadit certo & sub intentione prime cause q̃ est vniuersalis: quod tñ erit ꝑter intentionẽ secũde cause: & sic in ordine ad primã causam q̃ vniuersalissima est nichil fit causaliter aut fortuite Et tamen in ordine ad causas inferiores fiũt multa & fieri possunt casualiter & fortuite etiã sc͞dm magis & min⁹. Tho. etiã. iij. cõtra genti. & dñs Bonauẽtura in. ij sniaꝝ. di. xxxvij. declarãtes idem sic dicunt. Licet aliquid casuale vel fortuitum sit respectu nature et agentis particularis aut intellectus creati. Nichil tamen est casuale vel fortuitum respectu prouidentie dei a qua omnia prouisa sunt &

preordinata. Exemplũ: sicut si dñs mittat aliquẽ seruũ suum ad aliquẽ locum ad quem alium seruũ ignorante primo etiã miserat: tunc concursus seruorũ ad inuicẽ est preter intentionẽ vtriusq; serui missi: non autẽ pter intentionẽ mittentis. Vnde talis ↄcursus licet respectu seruorũ sit fortuitus: non tñ respectu domini respectu cuius est preordinatus & ꝓuisus. Sic ergo dico de contingentibus in hoc mundo: que respectu secundarum causarũ fortuite & contingenter eueniũt: respectu tamen prime cause vniuersalis. s. dei a quo nichil potest subtrahi nichil fortuitum vł casuale contingit: sed ꝓuise oĩa ordinate & necessarie. Similiter etiã dico eufortunia vel infortunia hominũ que homini contingunt per comparationẽ ad secũdas causas. i. respectu celorũ: angelorum. aliarũq; secundarum causarũ: per comparationẽ tñ ad deũ nichil põt cõtingere: cũ nichil sit ei casuale aut improuisum: cum oĩa cadant sub ꝓuidentia sua & sub certa precognitione: intentione & sua ordinatione. Hec ex theologis & philosophis.

Ertia questiũcula est: quot & que sunt que faciũt hoĩes fortunatos & infortunatos. Ad quã rñdet Tho. .iij. contra gen. c. xc. & .xcii. vbi i sñia dicit: ꝙ hõ cũ sit ordinat⁹ scḋm corpus sub corporib⁹ celestibus: & scḋm ĩtellectũ sub angelis: & scḋm voluntatẽ sub deo. tripliciter ei bonũ scḋm fortunã cõtingere põt. s. a celo: ab angelo: & a deo. Qḋ enĩ voluntas alicuius hoĩs instigetur ad fodiendũ: vł vt fodere faciat vbi thesaurũ inueniat ex nulla hoĩs virtute procedit. Sed hoc est vel quia disponitur a celo vel qꝛ illuminatur ab angelo: vel quia inclinatur a deo. Et hec quidem causalitas diuersimode est in hijs tribus. Nam

primo celum inducit hominem ad aliquid eligendum/ cuius ipse rationem ignorat: vnde fortunetur p modu; cuiusdam passionis quã imprimit in corpus. Secundo angelus bonus vel malus hominẽ disponit ad eligendũ aliquid cuius rationem ignorat vnde fortunetur nõ imprimendo aliquam passionem vt celum: sed p modum cuiusdam intelligibilis considerationis illuminãdo vl' instigando ad eligendum vel cognoscendũ aliquid qđ sit bonum fieri. Nam intellectus angeli est multa ordinare in vnum: nõ tamen illuminando de fine quare sit bonu; fieri. Tertio deus voluntatem hominis inclinat ad aliquid eligendum cuius rationẽ ignorat vnde fortunetur. Et hic ꝓprie dicitur hominem fortunare: quia ipse solus clare intuetur & preuidet simul omnes res & earum habitudines: intentiones & motiones: & per cõsequens omniũ rerum accidentales cõiunctiones & occursiones quod nulli cause alteri create competere potest naturaliter. Et ideo solus deus proprie & efficaciter hominẽ fortunare potest: non autem celi aut homo aut angelus nõ intuentes aut preuidentes omnia predicta. De hijs tribus fortunãtibus hoĩem loquitur Aug⁹. v. de ci. dei. dicens. Fortuna est causa latens a deo vel celo vl' a spiritibus quibuscunq; prouenie ns. Concordat huic sententie Augustini Nicolaus de lyra in principio super psalterium dicens: ꝙ motus bene fortunati vl' infortunati est a deo inquantum mouet voluntatem nostrã ad aliquid eligendum cui⁹ rationem ignorat. Vel a causa naturali. s. ab influentia orbis vel intelligentia motoris: vel ab vtroq; simul vel ab ipsis spiritibus bonis vel malis: a celis per modum cuiusdam passionis quã imprimit corporibus nostris. Ab angelis inquantum illuminant intellectum nostrum: vel deordinãt si sunt mali.

hec ille. Et hoc modo fortuna ꝓprie dicitur ipsa diuina ꝓuidentia: quā blasphemant qui fortune maledicunt.

Pro quorum tñ clariori euidentia hic notanda sunt quinqꝫ. Primū notabile est ꝗ cū eufortunari vel infortunari dicatur proprie quando quis dirigitur a superioribus causis ad efficaciter eligendum vel exequendum facere aliquid vel omittere: cui cōiungitur per accidens aliquis sibi in opinatus euentus bonus vel malus. Ideo diuersimode celi: angeli & deus dicuntur hominem eufortunare vel infortunare. Nam celi dicuntur eufortunare scilicet cōmuniter inquantum imprimunt in corpus aliquam passionem per quam voluntas inclinatur ad exequendum aliquid quod ignorat vnde sibi bonum contingat. Angeli autem dicuntur magis proprie ꝙ̄ celi eufortunare cum illuminant vel instigant intellectum vnde postea voluntas inclinetur ad exequēdum aliquid quod ignorat vnde bonū sibi cōtingat. Proprijssime autē dicitur aliquis eufortunari: quando voluntas alicuius inclinatur a deo: illuminatur ab angelis: inclinatur a celis ad exequendum aliquid quod ignorat vnde bonum sibi contingat. Et econuerso. Communiter aliquis dicitur infortunari quando voluntas eius inclinatur & vult & cōsequenter agit contraria ad quē mouet celum. Magis ꝓprie dicitur infortunari quando voluntas eius & electio inclinatur & agit cōtraria ad que celum inclinat & angelus instigat. Nam homo nō semper eligit illud ad quod angelus intendit & corpus celeste inclinat. Et ideo licet in omni re nunqꝫ cesset prouidentia diuina. Angelus autem quandoqꝫ dicitur deficere a custodia hominū inquantum homo potest non eligere illud ad quod angelus mouet: secundū illud Iere. li. c. Curauimus Babylonem & nō est sanata. Derelin

quamus eam. Proprijssime autem tunc dicitur aliquis male fortunari quando voluntas eius ex certa intentione conatur et agit contraria ad que inclinat celum/instigat angelus & mouet deus. Sicut de quodam scribit Iere. xxij. Scribe virum istum sterilem virum qui in diebus suis nō ꝓsperabitur. Secundum notabile est ꝙ deus & angeli varijs de causis fortunant & infortunant homines bonos & malos. Nam bonos ifortunāt quādoqȝ in penam alicuius culpe aut stulticie aut in exercitiū virtutis.s.prudentie: patientie zc. Malos autem quandoqȝ fortunant ad retrahendum a malo vel vt remunerēt de bonis in peccato factis zc. Ideo in omnibus gratias deo exhibere debemus. Tertium notabile est ꝙ homo fortunatus vel infortunatus dicit respectu bonorum corporalium nō spiritualium. Cuius ratio est quia homo tunc dicitur bene vel male fortunatus: quando preter intētionem sibi accidit aliquod bonū vel malum vt ptȝ supra: sed bona spūalia vel mala nō possunt preter intentionem euenire cū electione cōsistant. ergo zc. Quartum notabile est ꝙ magna est benignitas dei erga hoīes in hoc ꝙ nō solum eis bona adiungit de cōmuni cursu nature & etiam manifeste supnaturaliter. Sed etiā occulte per modum fortunationis mutiplicando bona inopinate & mala remonendo. Quintū notabile est ꝙ ex quo nec homo nec angelus de communi lege possunt omnia mala preuidere & oēs causas accidentales & inopinatas precognoscere nisi solus deus: & fortuna vl' infortuna ē causa per accidens zc. Ideo deo in oībus casualibus piculis cōtingētibus nobis. debem⁹ nos cōmittere vt nos ab illis pseruet: de qb⁹ periculis casualib⁹ loquit Aug⁹. xxij. de ci. dei. c. xxij. dicēs. Sȝ pter pueriles penas zc. cui⁹ lōgā ibi vide sentētiā. hec aūt ex theologis et phīs.

Caput Nonum

Quarta questiũcula ē: Quot sunt cõditiones fortune. Ad quã sic rñdet͂ ꝙ licet m̃lte sũt cõditiones ei⁹: tñ principaliores sũt nouē: Quarũ prima est ꝙ fortuna ĩpellit hoiem sine ꝓpria ratione hois fortunati. Qđ patet: q̃a ipetus ille quē bene fortunati sequunt͂: sũt sine rõne. Patet q̃a si ab aliq̃ bene fortunato querat͂ quare sequit͂ talē impetũ, nesciet rationē reddere. Sꝫ dicet hoc facio q̃a sic michi dictat cor & ita ꝓ ratione beneplacitũ voluntatis & dictamē cordis assignabit dicens. Sic placet michi: & ita dictat cor.

Scđa cõditio fortune est ꝙ ipsa excedit & supat prudentiã hoĩm sapientũ: cui⁹ ratio est: q̃a tales. s. bene fortunatos oportet suscipere illũ instinctũ diuinũ qui superat oēm sensum et oēm intellectũ. Vnde oĩs hoĩm prudentia circa fortunã bonã vel malã nichil penitus innouare pôt. Tertia cõditio fortune ē ꝙ illa magis fauet simplicib⁹ & stultis q̃ꝫ sapientib⁹. Qđ ꝓbat͂ dupliciter: ratione & exemplo. Ratiõe sic. Quia ille est magis fortunatus qui magis sequit͂ diuinũ instinctũ. Sꝫ simplices ammissa rõne et nõ dediti exteriorib⁹ actiõib⁹ magis ꝑcipiũt & sequunt͂ interiores instictus & diuinos ipetus q̃ꝫ faciant sapiētes q̃ rationē sequunt͂: ergo. Scđo pꝫ idē exemplo. Sicut eni ceci ãmissis oculis magis memorant͂ & firmius retinent que memorant͂: sic simplices ãmissa rõne magis sequunt͂ diuinos instinctus. Nam plurib⁹ intētus minor est ad singula sensus. Vnde videmus sepius stultos in prelijs vincere: ludis taxillorũ ditari: & multa eufortunia talibus euenire: quare ꝓuerbiũ extat quasi ꝓbatũ verbũ dicēs. Fortuna idio che pocho senno basta. Et iterum. Vbi fortuna ibi debilitas intellectus

Quarta cõditio fortune est ꝙ fortuna est mixta: vñ in hac vita nullus reperit͂ ita felix & fortunatus: quin in

aliquo sit male fortunatus. Vnde Aug⁹ de hoc ratione; assignãs sermone.xxix.sup Matheũ dicit. Ideo deus felicitatibus terrenis amaritudines imiscet vt alia queratur felicitas cuius dulcedo non est fallax discurre p oẽs qui appellati sunt felices. Quinta cõditio fortune est ꝙ sit equa & iusta/ex eo qa sepius boni videnť esse infortunati. Vnde Greg⁹.xv.moraliũ dicit. Presentis vite ꝓsperitas ĩnocentie testis nõ est: qa multi ad perhennẽ vita; ꝑ flagella redeunt: & pleriq; ad infinita supplicia sine flagellis deducũtur. Et iterũ Greg⁹ in quadã omelia dicit Presentis vite ꝓsperitas aliqñ datur vt ad meliorẽ vitam ꝓuocet: aliqñ vt in eternũ pleni⁹ dãnet. Et iõ nullus debet gaudere de peccatore bene fortunato. Vnge Aug⁹ sup psalmos ait. Nemo gratuletur homini q̃ ꝓsperatur in vita sua/cuius peccatis deest vltor: & adest laudator maior hec ira domini est. Irritauit enĩ dominũ peccator vt hic correptiõis flagellũ nõ patiatur. Sexta cõditio est quia habet defectum veritatis. Multa enĩ credimus esse fortunata que nõ sunt: & ecõuerso. Et iõ diligẽter debemus attendere circa fortunam bonam vel malam Vnde Aug⁹ de verbis dñi. Magne virtutis ẽ cũ felicitate luctari. Magne felicitatis est felicitate nõ vinci. Septima conditio est: qa ipsa est instabilis. Nam bona fortuna hui⁹ mundi parũ durat. Vnde Innocenti⁹ libro de vilitate conditionis humane dicit. Subito cum nõ suspicatur infortuniũ accidit: calamitas irruit mors intercipit quã nullus euadit. Vnde Seneca epistola.iiij. Nemine; eo fortuna ꝓuexit/vt nõ tm̃ illi minetur quantũ ꝓmiserat. Noli huic trãquillitati confidere: momẽto mare euertitur/& eodem die vbi luserũt nauigia sorbentur. Vnde verba fortune Boetius recitans inquit. Hunc cõtinuũ ludũ ludim⁹ rotã volubili orbe versam⁹ infima

summis summa infimis mutare gaudemus. Octaua cōditio est cecitas. Vnde pagani fortunā cecam pingebant: eo ꝙ passim in quoslibet incurrēs sine vllo examine meritorū ad bonos & malos venit. Non autē dicitur ceca: qa ipsa ceca sit: sed qa cecos plerūq; facit quos cōplectitur. Vnde Liui⁹ dicit. Raro cōtingit simul hoībus bonā fortunā bonāq; mētem dari. Et Boeti⁹ inqt. Fortuna quē fouet: cecū facit & stultū. Et Iuuenalis li. ij. dicit. Rarus enī ferme sensus cōis in illa. Et Tullius de amicitia inqt. Fortuna nō mediocriter ignaros multos excecauit: cuius cōtrariū prudenti accidit. Vnde Seneca. Fortune instabilitas prudētis aīm nō cōquassat. Nam virtuosus neq; fortuna bona extollitur: qa nullū bonū exterius ē q̄d ipse mltum appretiet: neq; mala fortuna deprimit: qa nullo īfortunio tm̄ tristat ꝙ a via rōnis declinet: vt etiam. iiij. ethicorū. dicit phūs de magnanimo.

Nona cōditio fortune est ꝙ ipsa nunq; pfecta ē. Nam pfectum dicitur cui nichil deest. Nullus aūt in hac vita ita fortunatus est cui nō desit aliquid & cui sufficiat id quod habet: quicq; cū sua felicitate infinitas nō habeat amaritudines. Vnde dicebat Boeti⁹ in. ij. de cōso. Quā multis amaritudinib⁹ humane felicitatis dulcedo respersa est: que si etiā fruenti iocūda esse videat tn̄ quo min⁹ cum velit abeat retinere nō possit. hec ex theo. & phis.

Unica questiūcula est: An

q medici: lusores: milites: agricole fortunētur ab astris in opibus suis. Ad quam primo videtur respōdendum affirmatiue sic. Nam sicut videmus ꝙ quedā inaīata corpa siue naturalia quasdā occultas vires & efficientias singulares a celestibus corporibus & eorum impressionibus cōsequūtur preter eas que cōse

quũtur ad qualitates actiuas & passiuas elemẽtorũ: sicut magnes trahere ferrũ habet ex virtute celestis corporis. Et lapides quidam et herbe alias habẽt a celo occultas virtutes. Ita nichil ꝓhibet ꝙ aliquis homo habeat ex impressione celestis corporis aliquã singularem efficatiã in aliq̃bus corporalibus prospere faciendis. quam alius nõ habet, vt medicus in sanando & agricola & miles

Respõdeo dicendũ, ꝙ diuersimode ad hãc questionẽ respõdent Auicẽna: dñs Henricus de Assia: & sanctus Tho. iij. contra gentiles. Nam Auicenna dicit: ꝙ medicus: agricola: lusor & miles ⁊c. nõ ꝓsperantur vltra alios homines in opibus suis ex impressione aliqua celorꝫ in natiuitatibus suis. Sed illud potest esse ex forti imaginatione hominis que magne efficatie & mirabiles effectus operatur: nõ solum in homine sed etiã in materia exteriori vt patet de fascinatione vetularũ: vt in tertia decade dicet̃. Dicit ergo Auicenna ꝙ sicut lusori habenti imaginationẽ fortiorem & vehementiorẽ de aliquo numero optato citius euenit numerus quem elegit in taxillis q̃ꝫ alteri nõ habenti ita fortem imaginationem. Ita etiã medicus: miles: agricola fortius imaginãtes & vehementius intendẽtes in effectus optatos forti⁹ & melius operabunt̃ ceteris medicis: agricolis: militib⁹ nõ sic vehemẽter intendentib⁹ in sĩilibus effectibus. Sed hoc nõ valet: qa dicta positio Auicenne de virtute imaginatiua in materiã interiorẽ vel exteriorẽ tanq̃ꝫ vanam & fantasticã: tam a phĩs q̃ꝫ a theologis reprobat̃. fundamentũ nõ habens nec in ratione nec in experientia: vt. s. Tho. adducit. iij. cõtra genti. c. ciij. & pri. pte. q. cxvi. ꝓut infra ꝓbabit̃ in tertia decade nono capite. Alia est opinio dñi mgrĩ Henrici de Assia sup Geñ. (qui tenet contra Tho) dicentis: ꝙ a nulla dispositione celi hominib⁹ ꝓueniꝛe

potest vt magis ꝓfectuose vltra alios homines agant que intendūt: patet dicit ipse qa vna virtus naturaliter agens semꝑ tendit ad eundē effectū in simili passu. Sed videmus ꝙ nō semꝑ datus miles: medicus: agricola vel lusor tendit ad eundē effectū in simili passu: ergo. Verbi gratia: si in sorte ludente ad taxillos esset aliqua occulta virtus naturalis, nō posset fieri quin semꝑ aut frequēter eueniret illud ad qd a celis sortes est inclinatꝰ. Nam si virtus celestis in sorte iam vertit taxillos ad septē oculos semper, mouebit eos taliter: siue eligat septē siue quē cūqꝫ alium numerū: quod tn̄ videtur esse falsum & cōtra experientiā: ergo. Et similiter est dicendū de medico: agricola & milite. Et iste si petatur a quo accidit hec prosperitas in ludendo: diceret ꝙ qn̄qꝫ ꝓuenit a deo vt quis aliqd exercitiū preceteris agat magis ꝓspere. Vnde et sacra scriptura directioni dei attribuit huiusmōi: vt pꝫ Gen̄..xxx. in educatione aialium Laban sub cura & contractiōe Iacob. Et Gen̄.xxxix. Prosperitas negociorū Phutifaris in manibꝰ Ioseph: deo attribuit et nō fato natali. In ludo autē taxillorꝫ vel similibus negocijs potest quis fortunari solū a spiritibus bonis vel malis: q quidem occulta cooꝑatione facere possūt vel mouēdo taxillos in aere vel in manu proijcientis sicvt quicqd vnus elegerit sup taxillos hoc semꝑ ei eueniat & nō alteri. Similiter dicit dn̄s Henricus de medicis ꝙ vnus medicus ceteris paribus ex parte artis medicine & ex ꝑte experiētie infirmi & medicinarū applicatione & morū: nō est magis & minus sanatiuꝰ ꝙ alter nisi forte ꝑ accidens in quantū vnus medicus esset cuiusdā corrupte aut contagiose & pestifere cōplexionis que inficeret ꝑ visū: tactū vel anhelitū infirmos: sicut basiliscus inficit ꝑ visum: & mulier imunda speculū: & ita ecōuerso eēt imaginandū

de cõplexione medici sani hilaris viuacis et salubris qui ceteris paribus plus ꝓficit infirmo ꝙ alter medicus infirmus ꝛc. Itẽ plus ꝓficit infirmo medicus deuot⁹ qui in practica sua recurrit de nocte ad iesum xp̄m petens dirigi ad salutẽ infirmi quẽ in sua cura habet ꝙ alter ceteris parib⁹ qui tm̄ cõfidit in arte xp̄o cõtempto: vt pꝫ in medicis deuotis & in iudeis medẽtib⁹. Similiter etiã dicit de milite & rustico q si credant̃ a celis habere q̄d ceteris paribus ille fortunati⁹ pugnet altero: & ꝙ bladum seminatum de manu vnius rustici melius perueniat ꝙ seminatum similiter in eodem agro: similiter prato & in eodem tempore ab alio rustico/superstitiosuꝫ est: & videtur isti fatali superstitioni fauere. Rusum etiã iste dicit ꝙ positio hec posset esse infidelib⁹ & fantasticis occasio opinandi ꝙ christus fuerit sic natus ꝙ contraxerit a celo quandam virtutẽ mirabilem sanatiuã: omnes quos tãgeret vel videret: sanans per visum naturaliter: sicut basilisc⁹ interficit. Et addit p̄dictus ꝙ q tenẽt affirmatiuã q̄siti esse veram: amplexant̃ superstitiosam illaꝫ opinionem de imaginibus astrologicis ꝙ res naturales fixe reciperent tales imp̄ssiões ab astris imo crederet̃ ꝙ res artificiales vt pote imagines fabricate sub certis stellaruꝫ habitudinibus reciperent ĩpressiones a stellis: que opinio vt dicit est vanissima. Et predictus Henricus respõdet Tho. de magnete dicens: ꝙ magnes non habet virtutem attractiuã fieri superĩpressam a celo accidentaliter sed illam habet tanꝙ secundam qualitatẽ a tota specie consequentẽ suã cõplexionẽ specificam: quemadmodum est de viribus herbarum & lapidũ & seminũ: que virtutes non habent a corporibus celestib⁹ superĩfluxas: sed oĩno consequenter se habentes ad complexiones & formas specificas eorum. Sanctus Tho: vero tenet ꝙ si-

cut naturalia corpora sortiunt̃ virtutes quasdã occultas consequẽtes speciẽ ex ipressione celestiũ corporũ: ita etiã aliqui hoies ex ipressione celorũ i eorꝫ natiuitatib⁹ cõsequunt̃ aliquas virtutes occultas qbus ꝓspere & ꝑfectuose vltra alios hoies agant que intendunt. & tenet hoc in iij. c. contra genti. & etiã. in. xxij. q. lxvi. ar. ij. vbi dicit ꝙ licet naturalia corpora sortiant̃ aliquam virtutem occultam a corporibus celestibus vt dictum est: imagines tñ formate ab astronomis a corporib⁹ celestib⁹ nullã habẽt virtutẽ. Sed si quã vident̃ habere illa est ex opatione demonũ: cui⁹ signũ est dicit ipse qa oportet inscribi quosdã caracteres q naturaliter nichil operant̃. Et ponit ibidẽ differentiã inter imagines astronomas & nigromãticas dicens ꝙ in imaginib⁹ nigromanticis fiunt expresse inuocationes: prestigia & expressa pacta cũ demonibus. In astronomis autẽ imaginibus sunt pacta tacita per signa quarũdam figurarum seu caracterũ: ideo ambe huiusmodi imagines reprobant̃ in decretis. xxvi. q. ij. c. illos. Que aũt istarũ opinionũ. s. sc̃ti Tho. & dñi Henrici sit tenenda nõ est mensure neqꝫ ignorantie mee iudicare. Ego vero tenerem viã ad quã pauciora sequerentur incõueniẽtia. Hec ex inductis intra questiunculã.

q **Uinta questio pricipa**lis hui⁹ noni capitis ẽ de p̃ctica diuinatoria effectuũ futurorũ ex astris & imaginib⁹ siue i celo stellarũ cõgregationib⁹. Circa quã tres q̃stiũcule soluent̃: q̃rũ q̃libꝫ ifra suo ordie declarabit̃.

p **Rima questiuncula est: Si** deus a principio in celo stellato. i. firmamento posuit stellas scd̃m aliquas formas vel imagines aĩalium & specierũ mundi inferioris. Ad quã videt̃

primo respõdendũ affirmatiue. Nam sacra scriptura expressam mentionẽ facit de aliquibus glomerationibus stellarũ quas deus in principio cõstituit & disposuit in celo: ergo: pbat antecedẽs. Nam Iob. xxxviij. dicit dñs. Nunquid cõiungere valebis micãtes stellas pliades aut girũ arcturi poteris dissipare: nũquid ordinẽ nosti celi et pones rationẽ eius in terra. Et ipse Iob de deo. ix. c. dicit. Qui extendit celos solus & graditur sup fluctus maris Qui facit arcturũ et oriona & hyadas & interiora austri. Qui facit magna & incõprehẽsibilia & mirabilia. Et iterũ Amos. v. Qui cõuertitis in absinthiũ iudiciũ: & iusticiã in terra relinquitis facientẽ arcturũ & orionẽ. Ergo ex sacra scriptura potest haberi q̄ deus ex stellis constituit dictas imagines de quibus faciunt mentionẽ omnes astronomi. Nam arcturus est imago vrse circa polũ arcticũ situata in qua septẽ stelle nobiliores quasi currus faciũt habentẽ themonẽ. Item stelle que vocant hyades & pliades sunt in celo in quadam imagine scd'm astrologos. Item orion est imago viri armati terribilis tenentis ensem qui & audax dicit: & vt apparet ex tabula stellarum fixarũ que ponit septia distinctione Almegisti. Figura orionis cõplectitur vigintiocto stellas & situatur in parte mirabili celi ante vestigia tauri vt dicit Isidorus li. iij. Posuit etiã deus dicunt astronomi in celo alias imagines. 48. de quibus oĩbus nõ facit mentionẽ sacra scriptura. s. xij. in zodiaco. s. Arietẽ. Taurum Geminos. Cãcrum &c. Et triginta octo extra zodiacũ. s. imaginem draconis fluxuose situati circa polũ arcticũ: in qua imagine scd'm Ptolomeũ sunt. xxxiij. stelle. Et circa illũ draconẽ sunt due imagines vrsarum. s. minoris & maioris. Item inter illas. xxxviij. imagines: est imago persei idest imago viri deferentis caput algol idest diaboli.

Caput Nonum

Rursum est ibi imago hominis inflāmati vel flāmis cincti. Ibi est imago saltatoris: imago ioculatoris: imagines duorum vulturū: imagines serpentū: scorpionū: canū: lupi: leporis: cerui pegasei: equi alati: imago ydre: imago centauri: cuius anterior pars est hominis & posterior equi: & ita de alijs huiusmodi formis mōstruosis: sicut in picturis astronomorum videri pōt & solet. zc. Sed i cōtrariū est qa dicit scriptura Gen̄. ij. Igit pfecti sunt celi et terra & oēs ornatus eorū. Qualē autē ornatū & pfectionē haberet celū si ex chimericis mōstruositatibus & imaginibus fabricatis nō a deo: sed a diabolo constaret. Respondeo dicendū q sicut tortuosus fallax draco & princeps mūdi huius qui olim terrā varijs idolorū monstruosis imaginibus ipleuit suggerēdo prefecit cuilibet generi rerū aliquē deū. Ita deo pmittēte opus pulcherrimū & gloriosum dei. s. celū qd deus cōstituit mortalibus ad obiectum religiose cōtemplationis attētauit iplere imaginibus in quibus ipse apparere cōsueuit & illud facere speculum superstitiose diuinatiōis. Nam si dn̄s deus formas & imagines aīalium posuisset in celo vt aliqs vultus fixus aīalibus terrenis correspōderet a quo depēderēt formarent individua cōseruarent & vultuarent sicut posuit imagines in celo bestiarū ferociū & vilīū atqz chimerarum inutiliū. Multo magis ibidē posuisset imagines mitiū & vtiliū aīalium & aliqrum hoīm virtuosorum. Sed videmus in celo nō imaginē colūbe: sed cerui non agni: sed hirci: nō crucis & crucifixi: nō sacerdotis: sed ioculatoris. Ergo omnipotēs deus magis sollicitus fuit de conseruatione aīalium: ferocium: ranarū: serpētum: inutiliū q̄ mitium: hoībus in multis subseruientium. Ergo falsum est q a deo tales imagines inter stellas celi sint formate. Item si dn̄s deus subiecit vnamquāqz

speciē generabiliū & corruptibiliū sue imagini in celo vbi est imago vitis: imago arboris pomiferi: imago tritici & ceterarū specierū hūano vsui pcipue necessariarū: Ideo bene dicebat Isido.li.iij.ethi.c.vlti.q postq̄ interp̄tatus est noīa extranea dictarū imaginū subiungit: aliorum signorū obseruatiões vel cetere res supstitiose que se ad cognitionē siderū iungunt fidei nr̄e sine dubio cōtraria sunt & sic ignorari debēt a xp̄ianis vt nec scripta esse videant. Sed nōnulli siderū pulchritudine & claritate pellecti in lapsu stellarū cecatis mētibus corruerūt ita vt per supputationes noxias (que matheses dicunt) euētus rerum persepe p̄scire posse conent: quos nō solū xp̄iane religionis doctores: sed etiā gentiliū Plato Aristoteles atq̄ alij veritate cōmoti concordi snia dānauerunt dicētes confusionē rerū poti⁹ de tali suasione generari. s. q̄ pficere quoquo modo humane felicitati. hec ille. Ex quo dicto Isidori tria habent. Primū q̄ multa supstitiosa adiuncta sunt cōsiderationi astrorū. Secundū q̄ cōiecturatio de futuris est poti⁹ in cōfusionē rerum humanarum q̄ ad directionē eaꝝ. Vnde somnia cogitatiões hoīm ex astris considerare supstitiosum est. Tertium q̄ reales & pfecti ph̄i diligētes rerū consideratores ex suis principijs ponūt hoc negociū supstitiosum esse. Vnde de platone et Aristotele subdit Isidorus. Et q̄uis ipsi nō fuerint celesti sapiētie dediti veritatis tn̄ testimonio errores eorū merito ptulerūt. hec ille. Ad obiecta autem in fronte questiuncule posita patebit responsio in vltimo tertie questiuncule. Ex Henrico vbi supra.

Secunda questiuncula est:

f Si aliquo rōnabili mō & nō vane & supstitiose potuerunt transferri in celo tales imagines.

Vel sic. Si aliquo rationabili modo: & nō supstitiose ta
les imagines trāslate sint & attribute: stellis in celo. Ad
quā sic rñdeť q̄ q̄nq̄ cause repiūť trāslatiōis ī celo taliū
imaginū. Pria cā assignať a poetis. nā poete fingūt arietē
in celo in honorē iouis/ quē cornua arietis i capite hr̄e di
cūt. Taurū silr̄ ī celo collocāt ī honorē Iouis eo q̄ ī bo
uē fabulose sit cōuersus qñ europā trāsuexit. Castorem
quoq̄ & pollucē post mortē inter notissima signa cōsti
tuerūt vt signū gemini. Leonē in honorē herculis quē/
in grecia virtuosissime occidit. Capricornū ppť Caprē
quādā Iouis nutricē. Et sic scd̄m fabulas aliorū vt p3 i li.
imaginū. 48. celi. Idolatre aūt & gētiles trāstulerūt in celo
huiusmōi imagies rōne honoris vl̄ laudis aliq̄r̄ hoim
virtuosorū vl̄ aialium ppter aliq̄ īsignia facta vl̄ bñficia
singularia que ī inferiori mundo fecerūt: ppter q̄ hoies
transtulerūt iter deos vl̄ deas: & aialia iter astra celi vt di
cit Isido. viij. ethi. Vñ etiā vt tradit Guilhelm⁹ pisiensis
credebat gentiliū supstitō: hoīes i hac vita pbos & stre
nuos post mortē ascēdere ad supos in q̄sdā sidereas mā
siones vl̄ stellas cōpares. Malos descēdere ad inferos. Id
circo dum celū clare stellatū inspiciebāt iterrogabāt vbi
est mansio hercul̄. In q̄ stella habitat hector. Vbi habitat
talis & talis zc̄. ppter qd̄ a poetis gētilib⁹ & idolatris di
stribute fuerūt stelle scd̄m dictas imagines in honore3
& deificationē hoīm famosorū quos appellāt deos suos.
Et iste modus trāslatiōis oīno vanus & supstitiosus est.
Scd̄us modus trāslatiōis specialiť dictarz. xij. imaginū
zodiaci inter stellas esse poterat ad exprimēdu3 silr̄tudi
narie statū solis vl̄ pprietatē aure vl̄ tpis q̄ vt plurimū ac
cidit qñ sol est i illa: vel in illa pte zodiaci. Verbi grā: col
locare potuerūt Cancrū ī. iiij. pte duodecī signorū zodia
ci ex eo q̄ cū ad illud signū in mense Iulij sol venit: re

trogredit̃ in modũ cancri: & breuiores dies facit. hoc. n. ẽ
nial ad vtrãq; partẽ gressũ dirigit. Similiter sextã duo de
cimã zodiaci Virginẽ vocare potuerũt: eo ꝙ in illis die
bus qbus ꝑ eã sol decurrit terra exhausta solis ardore ni
chil parit. Pars vero sequẽs vocari potest libra: qa sole
existente in principio illius partis est eq̃litas diei & no
ctis. Vltimas partes zodiaci Aquariũ & Pisces vocare
potuerũt: eo ꝙ hyemis tpe sole ibi existente crebri⁹ plu
uie fiant & sic de sil'ibus. Et licet scd'm istũ modũ nõ pos
sit sumi natura duodecim signorũ que eis cõiter attri-
buitur. Ratio est: qa alias illa pars que Cancer vocatur
deberet dici calida & sicca: qa sole existente ibi aura vt
plurimũ est talis. & tñ idẽ respectu habitantiũ sub po-
lo vel sub eqnoctiali vel alia pte eqnoctialis esset alte-
rius & alteri⁹ cõplexionis respectu huius vl' illius regio
nis: ergo realiter & phisice ꝓcedendo sumere oportet na
turas signorũ vel. xij. ptiũ zodiaci si qua in eis reperit̃: a
stellis fixis q̃ sunt in eis: & iuxta eas ex vtraq; parte ver-
sus austrũ & aqlonẽ. tñ quõcũq; sit hic mod⁹ trãslatiõis
signorũ nõ est supstitiosus: nisi ad plus trahat̃ q̃ꝫ debeat
vt. s. verbi grã: aliqs crederet ꝙ qa qs natus cancrũ hñs ĩ
ascẽdente futurus esset hõ retrogradus: duplex in mori
bus vl' aliqd huiusmodi supstitiosũ eẽt oẽ tale. Tertia cã
vl' occasio originalis translatiõis taliũ imaginũ inter
astra esse potuit quedã cõformitas positiõis stellarũ in
certis aggregationib⁹ quẽadmodũ adhuc rustici vocant
quandã cõgeriem stellarũ currũ / aliã gallinã cũ pullis:
Et hec q̃dem supstitiosa nõ est. Quarta cã esse potuit hu
iusmodi translationis: qa antiq ph'i considerantes aliq̃s
stellarũ cõgregationes iuenerũt ꝑ obseruantiã effectuũ
ꝙ talis stellarũ cumulus esset talis nature & ꝓprietatis.
Verbi grã. Quidã habens in ascẽdente dum nasceretur

imaginē ſimie exptum eſt cōtraxiſſe vultū ſim.lē illi aīa
li. Sed hoc falſū eſt. Nam capio (verbi gr̄a) cōuentū ſtel
larum: q̄ vrſa dicit̄: & grece arctos: & arguo ſ.c. Impoſ-
ſibile eſt naturalit̄ ſciat̄ natura illius cumuli ſtellarꝫ: er
go habet̄ ꝓpoſitū. Cōſequētia bona: & aīs ꝓbat̄: qa na
tura data ſtelle fixe ſciri nō pōt niſi ex aliq̄ aſpectu ali
cui⁹ planete exiſtētis in eodē gradu zodiaci cū ea: ſꝫ hoc
nullo mō ſciri pōt: ergo. Ratio ē: qa glibet ſemicirculi
tranſit⁹ inter polos zodiaci p gradū ſtelle: cōphēdit plu-
res ſtellas fixas de quarꝫ nulla ſciri pōt cui⁹ fuit dictus
effect⁹. ergo. Quinta cā & vltīa hui⁹ ſupſtitionis potuit
eſſe ille ſpūs erroris: cui ſūma cura eſt ſcdm. b. Augu. ho
minib⁹ noxias opiniōes inducere: maxīe de aſtralib⁹ fa-
tis: ſcdm q̄ tales aut tales aſtrorū habitudines ſint cauſe
vl̄ ſigna taliū effectuū futurorū: & tot ſuggeſſit in illo
pulchro ope dei celo obſcurarent̄ habitudines: tot aſpe-
ctus: tot reſpect⁹: tot imagines: tot ſitus: tot diſpoſitiōes
& aſtrorꝫ varietates: q̄ vix aliqs effect⁹ etiā caſualis con
tingere nouiter pōt: quin ex poſt facto poſſit q̄ſi eius ve
ſtigiū ibi repiri. Et ex h̄ facile ē aſtrologis ex poſt facto
reducere & colorare effect⁹ q̄ contingūt ad aſtra tanq̄
ex eis reluxiſſent. Sed ante factū nichil certi p̄dicere pn̄t.
Iſte ergo humane ſalutis callidus emulus diabolus: q
ſuggeſſit priorib⁹ tpibus hoibus pditis varias artes diui
natorias: vt geometriā: magicā: nigromanticā. Ipſe etiā
ſuggeſſit hoibus hāc practicā diuinatoriā ex aſtris atten
dēs q̄ talis ars diuinatoria plus alijs artibus ſupradictis
colorari poſſet: qa cōiter experiunt̄ hoies q̄ aſtra multi
pliciter agunt in iſta īferiora. Valde ergo periculoſum
eſt de illa practica ſeu arte iudiciorū ſe itromittere ma-
xime ſcdm traditiones antiquorum qui circa aſtra verſa
bantur: non vt veritatis īquiſitores: ſed vt ex aſtris diui-

natores. Hec dn̄s Henricus de Assia super Genesim.

Ertia questiuncula est: An ex astris & imaginib⁹ talibus possit aliqua pra ctica certa & diuinatoria effectuū & futurorū euentuū haberi ab hoīb⁹. Et videt̄ primo q̄ sic: q̄a species rerū generabiliū & corruptibiliū sunt eterne & fixe q̄ uis indiuidua fluāt & refluāt. Et p̄ cōsequens videt̄ q̄ cuilibet taliū speciei rerū correspōdeat aliq̄s vultus in celo fixus a quo depēdeat & cōseruet̄ & ei⁹ indiuidua formētur & vultuētur: vt etiā inuere videt̄ phūs. ij. de generatione. Itē Ptolomeus. ix. ppositione centiloquij dicit. Vultus hui⁹ sc̄li subiecti sunt vultib⁹ celestibus. Item vidəmus q̄ stabiliter imprimi pōt alicui materie elementate artificialiter effigiate virtus alicui⁹ imaginis cui obediunt īdiuidua specierū. Nam reperta est quedā imago Scorpionis formata a quodā astronomo tp̄e quo imago Scorpionis in celo vigebat: que curabat hoīes a scorpione morsos. Item hali haberazel astrologus li. iiij. qui est de naturalibus. c. i. narrat de quodā filio cuiusdā regis nato habente in ascendente librā & sup̄ plures planetas. s. Iouem: Martē: Venerē: Mercuriū: ppter quod conuocati fuerunt astrologi inter quos tandē ipse hali dixit: q̄ si puer transibat tertiū diē erit de ipso magnū miraculū & q̄ possibile esset illū puerum dicere aliquā pphetiā. Et euenit q̄ antequā transirent. xxiiij. hore puer ille insedit & incipit loqui dicēs. Ego infeliciter nat⁹ sum ad denunciandū destructionē gentis almanazar & indicandā translationē regni a dexit ad extraneos: quo dicto cecidit & mortu⁹ ē: ergo. Item exptum est q̄ puer nascens habens in ascēdente seu in prima domo hemispherij vrsā cōtraxit vultum vl' phisonomiā q̄si vrse: &

circũueletur. Quod etiã ꝓbatur sĩlitudine speculi. Dicit eni Dionysius in libro de diuinis noibus: ꝙ angeli & anime sunt specula spiritualia. Vnde sicut in speculo materiali obiecto alio materiali speculo species represẽtate in vno se gignũt & representant ĩ alio. Ita põt esse ꝙ speculum spũale. s. angelus obicit se anime: & sic species quas de deo recipit infundit anime & illuminat intellectum ad cognoscendũ diuina & habendũ cogitationes bonas. Hoc exemplũ ponit Alexander. ij. pte sũme. q. xxxix. Sed forte queres & dices de quibus angelus illuminat hominis intellectum. Respondetur ꝙ de quatuor. s. de cogitandis: cognoscendis: credendis: & agẽdis. Primo de cogitandis: nõ quidem immittendo aut faciendo bonas cogitationes principaliter: quia hoc modo attribuuntur bone cogitationes superiori principio scilicet deo. Sed ꝓcurando/inquantũ bone cogitationes ministerio angelorum ꝓcurantur/prout boni angeli illuminãt: habilitant vel excitant intellectũ ad habẽdum bonas cogitationes/interius fundendo vel firmãdo bona fantasmata: vel remouẽdo impedimẽta omnia.

Secundo boni angeli illuminant intellectũ hominis de cognoscendis. Nam per bonos angelos adiuuatᷣ homo & illuminatur vt ex creaturis ꝑfectius in cognitionem diuinam deueniat. Tertio boni angeli illuminãt de credendis inquantũ per bonos angelos hominibus diuina principaliter reuelantur: & sic causatur in eis fides. Quarto illuminant de agendis/exquo enim de fide & de credendis illuminant: ad operationẽ fidei operantur. Hec beatus Tho. pri. pte. q. cxi. arti. ij.

Ecunda questiuncula est:

f Si angeli possunt cõsecrare corp⁹ xp̄i. Ad quã respondetᷣ negatiue. Ratio est qa officiũ conse

erandi/hominis sacerdotis est & non angeli: scdm il-
lud Luce.xxij. Accipite & diuidite inter vos.glo.ibi. Ac
cipite vos hoīes sacerdotes & diuidite & date. ergo zc.
Sed querit̄ quare nō dedit xp̄s angelis hanc potesta
tem. Respondet̄ qa ptās dispensandi sacramēta fluit a ca
pite xp̄i in membra eiusdē nature humane cū xp̄o. An-
geli autē nō sunt membra humana cum xp̄o. Et cum di
citur a Gregorio in omelia paschali: & ponit̄ in.c. qd sit
de cōse.d.ij. ꝙ angeli adsunt in celebritate hui⁹ sacramē
ti. Rn̄det̄ ꝙ angeli dicunt̄ adesse ministerio misse: nō cō
ficiendo, sed precantes: nostra munera sint deo accepta
hec dn̄s Alex. de Ales. & Io. de tur. cre. vbi supra.

Ertia questiuncula est: Si

t angelus bonus vel malus in figura hominis sa
cerdotis apparēs possit baptizare aut absolue-
re. Ad quā sic rn̄det̄ ꝙ nec bono angelo nec malo cōue-
nit baptizare. Et ꝓbat̄ primo de bono angelo scdm illud
ad Hebreos.v. In hijs que sunt ad deū/constituit̄ ꝓ hoī
bus, potifex/ex hoībus assumptus. Sed angeli boni aut
mali nō sunt hoīes: ergo nec ministri possunt esse sacra
mentorū. Angelus etiaꝫ malus nullo modo potest ba
ptizare. Ratio est: quia cū sint ꝑuersissimi nullo modo
intenderent ꝓcurare salutē baptizati/que est spūalis re
generatio. Sed facerent intentione decipiendi: cum sint
spūs mendacij. Requirit̄ autē permaxime ad efficatiam
baptismi intentio. Vnde quia cū ecclesia nō cōueniret
in intentione: licet imergeret nō tn̄ baptizaret: etiam si
debitam formaꝫ verborū haberet. Similiter dico de abs-
solutiōe a peccatis: nō eni esset absolutus si angelus ma
lus in forma hominis sacerdotis appareret. Sicut patet
in vitis patrū. Ab angelis tamen bonis si cōstaret de bo
nitate ipsorum baptizati/non deberent rebaptizari.

Ratio est: qa sicut de⁹ nō ita virtutē suā alligauit sacramētis quin possit sine sacramētis effectū sacramentorū conferre ita etiā virtutē suam non ita alligauit ministris ecclesie: quin etiam angelis bonis possit tribuere potestatem ministrandi in sacramētis. Et quia boni angeli sunt nuncij veritatis: ideo si aliquod sacramentū ministraretur ab eis ratum habendū esset: cōstaret enī ꝙ hoc fieret volūtate dei. Sicut quedā templa dicunt̄ angelorum ministerio consecrata. Et cum arguitur: qa baptizare ē actio ierarchica scd꞉ Dionysiū: q̄ est purgatio quedā. Sꝫ angeli exercent in nobis actiones ierarchicas: quia purgant & illumināt: ergo etiā & baptizare possunt. Respōdetur negando consequentiā: quia angeli illas ierarchicas operationes exequuntur inuisibiliter nō corporalib⁹ instrumētis. Ideo nō est simile. Hec dñs Io. de turrecre. Cardinalis sup. c. Romanus de conse. di. iiij.

O Ctauū caput principale secunde decadis est de angelorum virtute respectu distantie localis. Circa quod quinꝙ questiuncule soluent̄ quarū que libet infra suo ordine declarabitur.

P Rima questiūcula est: quō vnus angelus itelligat aliū. Ad quā sic r̄ndetur ꝙ vt dicit Aug⁹ sup Gen̄. Illa que ī verbo dei ab eterno extiterūt fluxerūt ab eo dupliciter. Vno modo in intellectū angelicum: Alio modo vt subsisterent in seipsis & in ꝓprijs naturis. Et in intellectū angelicū ꝓcesserunt rationes rerū ꝑ hoc ꝙ deus menti angelice impressit silitudines rerum tam spiritualiū ꝙ̄ corporaliū quas postea ī esse naturali ꝓduxit. Cuꝫ ergo oīs cognitio sit scd̄m similitudines rerum cognitarū in cognoscēte

& quilibet angelus rerum omnium spiritualiū & corporalium similitudines impressas habeat tunc vnus angelus alium intelligere dicitur cum se conuertit super similitudines quā habet impressam illius. Similiter & tūc alias res intelligere dicuntur cum cognoscunt illas in ꝓpria natura per species rerū eis innatas: & hec vocatur in eis cognitio vespertina: ad differentiam cognitionis in eis matutine. Hec ex theologis.

Secunda questiuncula est: quid est in angelis cognitio matutina & vespertina. Ad quā sic respōdet Aug⁹. iiij. super Geñ. & xi. de ci. dei. ad Orosium ꝙ cognitio vespertina in angelis est cognitio rerū conditarū in genere ꝓprio & ꝓprijs naturis per species & similitudines ipsis angelis impressas & inatas: & talis cognitio rerū creaturarum in ꝓprijs naturis & ꝓprio esse: iō vocatur in angelis vespertina & a posteriori: quia oīs creatura ad deū cōparata qui est lux per essentiā: quasi quedā vespera & tenebra est. Cognitio vero matutina est cognitio rerū conditarū ab angelis in verbo. i. in essentia diuīa dum cognoscūt eas ꝑ rōnes rerum: vel per ydeas que sunt in verbo tanꝙ in speculo a priori: & tanꝙ in principio emanatiōis earū. Et quia cognitio rerū in verbo ꝑfectior ē cognitione in ꝓpria natura: Idcirco prima cognitio angelorum dicitur matutina: scđa vespertina. Exempli grā scđm Augustinū. Qui opera sex dierū nō exponit ꝓut iportant successiones temporū: sz ꝓut dicūt cognitionē angelicā relata ad sex genera rerū per ordinē conditarū. Angeli inquantū nouerūt lucē ꝓductā & a tenebris diuisā in genere ꝓprio. i. inspiciendo intuitiue lucem creatā in se ipsa & suo esse: dicitur cognitio angeli vespertina. Sed inquantū angeli eandē lu

cem in verbo & essentia diuina cognouerũt: dicit̃ cognitio ãgeli matutina: & hic vocat̃ ꝑm Augustinũ dies vn⁹. Inquantũ vero deinde cognouerũt firmamẽtũ & diuisiones aquarũ ab inuicẽ intuitiue in ꝓprio genere vocat̃ cognitio vespertina. Inquantũ autẽ cognouerũt firmamentũ & diuisiões aquarũ ab inuicẽ in verbo: dicit̃ eorũ cognitio matutina: & vocat̃ ꝑm Augustinũ dies scd̓us: & sic de singulis opib⁹ sex dieꝝ sucessiue. hec ex theo.

T Ertia questiũcula est: quõ vnus angelus loquit̃ cũ alio. Ad quã sic rñdet ꝙ locutio nichil aliud est q̃ȝ manifestatio alicuius lantentis in corde. Vnde ꝓprie oĩs locutio fit rõne cõicationis latentiũ. Manifestũ est aũt ꝙ ĩtelligibile tripliciter est in intellectu. Primo quidẽ habitualit̃ siue in abscondito memorie: vt dicit Aug⁹. Secũdo vt in actu cõsideratũ vł cõceptũ. Tertio vt ad aliud relatũ extra se: per imperiũ autem voluntatis quando mens conuertit se ad actum considerandũ quod habet in habitu loquitur aliquis sibi ipsi: & tunc dicit̃ formare verbũ cordis. Cum vero conceptus mentis per imperiũ voluntatis ordinatur ad alterum puta ad agendũ aliquid vel ad manifestandum alteri: tunc dicitur formare verbum oris.

In nobis autem interior mentis cõceptus duplici obstaculo clauditur primo ipsa voluntate que conceptum intellectus potest retinere clausum interius: & sic nullus potest mentem alterius videre nisi solus deus. Secũdo claudit̃ mens hoĩs ab alio hoĩe: per grossitiem corporis. Vnde cũ etiaȝ voluntas ordinat conceptũ mentis ad manifestandum alteri nõ statim cognoscit̃ ab altero: sȝ oportet per lingue ianuã egredi/ & p illã quales sumus intrinsecus/ ostendere extra. Angelus aũt hoc secunduȝ

obstaculum nō habet: quia in corporeus: & ideo mens angelica qñ conuertit se per imperiū voluntatis ad consi derandū i actu qđ prius habebat in habitu: tunc dicit̄ loqui sibi ipsi. qñ autē ordinat conceptuȝ suū ad manifestandum alteri angelo: tunc loquit̄ illi & potestas sic ordinādi concept⁹ suos ad alterū manifestandū dicitur lingua ei⁹. Differt aūt locutio ab illuminatiōe dupliciter. Primo qa illuminatio ꝓprie dicit̄ in angelis de hijs que supior angelus in lumie diuine essentie apprehēdit que inferior angelus ex se nō videt. Locutio aūt est de motibus liberi arbitrij quos in vno alius nō videt. Scđo quia illuminatio fit per hoc ꝙ lumen intellectus inferioris angeli fortius per lumem supioris angeli confortatur ad aliquorū cognitionem. Sed locutio per hoc ꝙ aliqua prius occulta opponunt̄ vt cognoscenda sine confortatione luminis. Hec ex Tho. & theologis.

q Uarta questiūcula ē: quot modis pōt aliqs spūs alloqui hoiem. Ad quaȝ sic respōdet: ꝙ spūs aliqs etiā intelligibiliter hoī vł angelo loqui pōt quadruplicit. Primo nāqȝ voce ydiomatica exteriori formata vel ꝑ se in medio vł in lingua corꝑis assumpti seu corꝑis alicui⁹ aīalis cui talit̄ illapsus est vt vsu organorū ei⁹ per ipsuȝ loq̄ possit: & hoc modo locutus est diabolus dñe Eue vt infra dicet̄. Scđo per modum actuationis fantasie tali vł tali ordine: & hoc solū scđm fantasticā dictionū vocaliū vł scripturarū dati ydiomatis. Tertio per modū actuatiōis fantasie scđm fantasmata reꝝ sensibiliū. Istis duob⁹ modis pōt actuari fantasia ꝑ cōmotionē & alterationē fantasmatū atqȝ eoꝝ variā obuiationē & applicationē respectu sensus iterioris qa spiritibus creatis bonis & malis obediūt res corꝑales

quantuꝫ ad motū localē. & istis duob⁹ modis ꝓxime dictis pōt spūs loq̄ hoī etiā locutiōe interiori ꝑter exteriorem. Quarto modo pōt spūs loqui hoī p īmediatū influxum specieruꝫ vł actuū in potentiā intellectiuā vł sensitiuā. & iste quartus modus est soluꝫ spiritui increato possibilili de cōi & naturali cursu. Hec Hen. sup Gen̄.

Uinta questiuncula est: Si

q distantia localis īpediat locutionē angelorum ad inuicē. Ad quā rn̄detur negatiue: q̄a in oī eo q̄d abstractū est a loco & tpe & hic & nūc nichil c...o facit nec operat̄ loci distātia nec diuersitas tpis. Sꝫ locutio angeli q̄ in itellectuali opatione cōsistit est abstracta a loco & tpe & ab hic & nūc: ergo ad eā nichil facit distātia loci. Q̄d si arguat̄ in cōtrariū: q̄a Ysaie. vi. dicit̄: ꝙ clamabant alter ad alterum: q̄ clamor vt videt̄ erat ꝓpter distantiaꝫ localē īpedientē. Rn̄detur ꝙ angelus clamare dicit̄ inquantū cōuertit se p speciē ad aliū ad ostēdendū vt alius capiat eū: vel ad ostēdenduꝫ magnitudinē rei q̄ dicit̄, vł magnitudinē affect⁹ scd̄m q̄d dicit Gre⁹. ij. mo. Tanto quisq̄s minus clamat quāto min⁹ desiderat. hec omnia Tho. pri. par. q. cvx. & doctores. ij. sniaꝝ.

Onum caput principa

n le secunde decadis est de potenti & sagaci angelorum resistentia. Circa quod tres questiuncule soluentur: quarum quelibet infra ordinarie declarabitur.

Rima q̄stiūcula ē: quotu

p plex sit preliū & pugna angelorū. Ad quā sic respondet̄: ꝙ inter angelos dicitur esse triplex pugna vł resistentia: q̄a angelus bonus dicit̄ resistere malo & malus dicitur resistere bono: & angelus bonus dicit̄

resistere bono. Primo enim bonus angelus resistit malo quando cohibet potestatē nocēdi. Vnde dicit Apoca. xx. q bonus angelus ligauit diabolū.i. ei9 potestatē impediuit vt nō tēptaret quantū vult tēptare.i. vsq ad casū Vbi nota q potestas diaboli ligata est a deo principalit: & ab angelo & ab hoīe instrumētaliter: inquantū angeli & sancti hoīes in virtute dei demonē artauerunt & expulerunt. Scđo malus angelus resistit bono qn̄ illud qđ bonus angelus intendit facere: malus nitit impedire sed nō valet: vt dicit Apoca. xij. Draco pugnabat cū Michaele & angeli ei9: & nō valuerunt neq locus inuētus est eorū amplius in celo. Tertio angelus bon9 dicit resistere bono: sicut dicitur Dañ. x. Vbi angelus michael princeps iudeorū loquēs de angelo alio principe psarum sic dicit. Princeps regni persarū resistit michi viginti & vno dieb9. Que verba Greg9 ī moralib9 exponēs dicit: q vterq angelus fuit bonus & tñ pugnā & discordiam ad inuicē habuerūt: q pugna vnitati & charitati q est inter bonos angelos nō repugnat. Vnde hoc modo est intelligenda. Contingit enī q in diuersis gentibus diuersa merita inueniant scđm quorū diuersitatē videtur q vna gens alteri subesse debeat vl' ab ei9 dominio liberari sicut tūc in iudeis erat: qa Daniel' oīo quantū in se erat liberationē populi merebat: s3 peccata populi & etiā vtilitas quas iudei faciebant in regno psarū dum p eos dei noticia diffundebat in contrariū erat: pugna ergo q inter tales bonos angelos erat nichil aliud fuit q3 diuersa relatio meritorū sup qb9 vterq angelus diuinā cōsulit voluntatē. Allegabat enī angelus q iudeis pēat: pnias iudeo2 & iiustitiā populi q eū detinebat: & ideo liberationē eius petebat. Econtra vero angelus regis psarum dicebat diuinū cultum & nomē dei per iudeos

publicari & ideo cōueniens erat vt in illa pria remane
ret: & sic quantū in se ē allegabat q pp'us iudeoꝝ libe-
rari nō deberet. Ista ergo cōtraria allegatio meritorū erat
pugna angelorū. Et qa nō statim angeli cognoscebāt
qd sup agendis diuina volūtas ordinaret: tō tāto tpe dr
angelus vn⁹ alteri restitisse quāto ipe de⁹ distulit liberatio
nē iudeorū angelo q eis pérat reuelare: vel quanto tpe
deus distulit danieli liberationē vel reuelationē huius-
modi reuelare. Hec Tho. ij. sniaꝝ. di. xi. q. ij. ar. v.

Secunda questiūcula ē: Si
prelium angelorū de q scribit Apoca. xij. q mi-
chael pliabat cū dracone zc. fuerit reale & corpo
rale: an intētionale & mētale. Ad quā sic rñdet: q reale
fuit: nō tñ corpale. Pro q intelligēdo sciēdū est q in no
bis pter genera bellorū que pertinēt ad potētiā executi-
uam exteriorē experimur etiā aliq genera bellorū ptinē
tium ad aliqs operatiōes imanētes & iteriores. Primū. s.
inter appetitū sensitiuū & itellectiuū: isti eni duo appeti
t⁹ iclinant ad opposita. Nam caro cōcupiscit aduersus
spm̄ & ecōuerso. Scdm pliū est inter intellectū & volū
tatē: sicut qñ ratio iudicat aliqd faciēdū & voluntas re
nuit. Tertiū inter voluntatē & voluntatē diuersorū nō
vni⁹ ad se. Quartū inter intellectū & intellectū ex cōtra
rijs opiniōib⁹ per rōnes oppositas. Bellū igit angelorū
iuxta pdicta triplex fuit iuxta tria que reperiunt in na
tura eorū intellectuali. s. ratio voluntas & facultas. Per
rationē eni electi & reprobi cōtraria sentiebāt. Per volū
tatē ad contraria afficiebantur. Per facultatem vero ad
opposita nitebātur. Nam angeli electi de deo: de gr̄a &
gl'ia ei⁹ sentiebāt sublimiꝰ: ad ea afficiebant & nitebant
Et ecōuerso mali angeli. Et sic intelligendū est etiā de

altercatione Michaelis cū diabolo de reperitiõe corpis Moysi: de qua scribit Iude primo. c. & .xxiiij.q.iij. ca. Si igitur. Hec Franscicus de maronis.ij .sniaꝝ di.vi.

Tertia questiuncula est: de

quo & qua materia fuit preliū Michaelis cum dracone. Ad quā sic r̄ndetur: ꝙ lucifer q̄ ceteris in ce͂ erat excellētior vt pꝫ in Daniele. Sub typo regū terre superbissimorū: incogitabili elatione supbie: dicebat in corde suo. Deꝰ ego sum. In cathedra sedeo. Ego a me ipso suꝫ: sine initio: negādo aliquē maiorē se q̄ fecerit eū & cōsequēter sic ambiebat ascēdere in celū vt celi teneret imperiū: ambiebat ascēdere sup altitudinē nubiū vt ab oībus angelis adoraret̄ vt deꝰ: & habito in se cōsilio dixit. Ego sum plenꝰ sapiētia ꝑsuadebo oībus angelis ita ꝙ sine cōtradictione credēt michi dicēti: deꝰ ego sum: a me ipso sum: ꝑdicauitq̄ eis sine tpis mora vt habet̄ in Daniele vbi dicit̄. Fines suos emisit ad vniuersa ligna regiōis. i. effudit eloq̄a sapiētie sue ad vniuersas angelorum mltitudines vt sibi obedirēt. Sed dn̄s deꝰ q̄ nō ꝑmittit creaturā tēptari sup̄ id q̄d pōt: suscitauit vnū de archangelis q̄ cōstāter diceret: nō es tu deꝰ: sed ē alter excellētior qui te & oēs nos creauit: & iō ille vocatꝰ est michael: q̄ interpretat̄ quis sicut deꝰ nr̄: qui resistendo lucifero dixisse perhibetur. Cur dicis ego sum deꝰ. Quis enī potest esse deꝰ sicut deus noster: & silia. & tunc factū est prelium in celo vt dicitur Apoca. xij. ꝙ michael pugnabat cum dracone. Hec Henricus de Assia super Gen̄.

Decimum caput secūde

decadis est de assumptione hoīm intra choros angelorum. Circa quod due questiunculenunc infra notate soluentur.

Caput Decimum

P Rima questiũcula est: Si ad angelorũ collegiuʒ post mortē hoĩes assumā tur. Ad quam primo videt̃ respondendũ nega tiue. Ratio est: q2a plus distat natura hoĩs a natura ange lorũ q̃ natura vni⁹ angeli a natura alteri⁹. Sʒ angelus ĩ ferioris nature nõ põt ꝑtingere ad supioris ordinē: ḡ vi det̃ ꝙ nec hoĩes ad ordines angelorũ assumant̃: nec assu mi possint. In cõtrariũ est Mat. xxij. vbi dicit̃ a xp̃o. Erũt sicut angeli dei in celo. Et eccl̃ia cantat. Gaudēt chori an gelorũ cõsortes & cõciues nr̃i. R̃ño dicēdũ ꝙ circa hoc triplex fuit opinio. Quidã enĩ cõmentator grecus ep̃us Eustratius dicit in cõmentario sup. vi. ethicoꝝ Aristo telis ꝙ nemo tantũ aĩe sue ꝑfectũ sperare põt vt ad opa tionē intellectuũ sepatoruʒ siue substantiarũ intellectua liũ separatarũ cuiusmodi sũt angeli ꝑtingat. Et scd̃m hoc dicendũ est ꝙ hoĩm q̃ in gl̃ia assumunt̃ erit vnus ordo decimus inferior. ix. ordinibus angelorum. Sed hec opinio est cõtraria dictis sanctorũ: & videt̃ etiã sapere heresim. Cum etiã beata virgo sit exaltata sup̃ choros an gelorũ vt hēt eccl̃ia. & ponit̃ in. c. ꝑnunciandũ de cõse. di. iij. & Aug⁹. xij. & xxij. c. i. de ci. dei dicit: ꝙ nõ erũt due societates hoĩm & angelorũ sed vna. Alia opinio est ꝙ quidam hoĩnuʒ assumentur ad ordines angelorũ Alij vero facient vnũ ordinē decimũ vt expleat̃ sĩ̃itudo de decima dragma ꝑdita q̃ ponit̃ Luce. xv. Sed hec diuer simode assignantur. Quidã dicũt ꝙ solũ virgines ad or dines ãgelorũ assumũtur eo ꝙ cognata sit angelis virgi nitas: vt dicit hieronim⁹. Alij vero electi decimũ ordinē constituũt. Sed hoc etiã nõ videt̃ verũ: q2a multi nõ vir gines vt Petrus & magdalena m̃ltis etiã virginib⁹ emi nētiores sunt. Vnde alij dicũt ꝙ ꝑfecti assumũtur ad or-

dines angelorũ sed illi qui sunt imperfectorum merito rum decimũ ordinẽ cõsumabũt. Sed cũ ex hoib⁹ & angelis futura sit vna eccl'ia & ierarchia nõ est ꝓbabile ꝙ numerus ordinũ q̃ celesti ierarchie cõpetit ꝑ tria terna distinct⁹ vt ipe numerus ordinũ exprimat trinitatis increate vestigiũ ꝑ hoies augeat. Et qñ dicit in. c. hij duo solũmodo hymni: de cõse. d. i. ꝙ sit decim⁹ ordo eoꝝ ꝛc. Sic intelligendũ est: ꝙ de hoibus restaurabitur qđ in angelis lapsũ est: de q̃bus tot corruerunt vnde posset fieri decim⁹ ordo. Sil'iter qñ magister sniaꝝ in. ij. d. ix. testatur de scriptura (cui⁹ maior ẽ veritas ꝙ̃ oĩs humani ingenij ꝑspicacitas: vt dicit Aug⁹) q̃ dicit ꝙ ex hoibus decimus ordo est restaurandus. Respõdet albertus ꝙ ibi decimus ordo nõ est acci piẽdus rõne numeri: sed rõne gradus in gl'ia vel gr̃a. Est tertia positio que doctrinis sc̃toꝝ magis cõsona est & que magis doctrine theologorũ placet: & maxime sãcto Tho. Alberto magno: domino Vlrico ꝙ oẽs electi assumẽtur ad ordines angelorũ: quidam. s. ad superiores quidam ad inferiores quidam ad mediocres ꝑ diuersitate suorũ meritoruꝫ: sed beata maria sup oẽs Hec autẽ positio pꝫ ex glo. sup illud Psal. Constitues eos principes ꝛc. que dicit: elegit pauperes vt exaltet ad ordines celi q̃ sunt ex hoibus & angelis. Itẽ glo. super. illud Deuter. xi. Omnis loc⁹ quẽ calcauerit pes vr̃ ꝛc. Dicit ibi glo. Si diabolũ vincere potero: si meruero vt deus cõterat eum sub pedib⁹ meis: cõsequẽter locũ in celo ei⁹ habebo. Item Diony⁹. c. i. de diuinis noĩbus dicit. Homines angelorũ gl'iam sortient. Itẽ Greg⁹. in omelia de centum ouibus de q̃bus Luce. xv. dicit: ꝙ hoies scđm diuersitatẽ meritorũ ad diuersos ordines transferẽtur angelorum. Et in omelia de angeloruꝫ distinctiõe dicit Greg⁹.

Caput Decimum

Distincte cõuersatiões hominũ singulorũ hominib⁹ cõgruũt & in eorũ sortẽ vl' ordinẽ per cõuersatiõis simi tudinẽ deputant̃. Naꝫ sũt pleriq̃ꝫ q̃ parua capiũt ꝛc. Si autẽ querit̃ vtrũ assumant̃ tot de hoibus quot angeli ceci derũt vl' remãserũt vel plures vl' pauciores. Respõdeo & dico: ꝙ ille hoc solus scit cui soli cognit⁹ ẽ numerus ele ctorũ i supna felicitate locãdus & hic ẽ de⁹. Ad rationẽ aũt in oppositũ: & ad auctoritatẽ Eustratij respõdet̃: ꝙ hoĩes assumi ad ordines angelorũ põt intelligi trib⁹ mo dis. Vel ex pte nature: vel grẽ: vl' efficatie. Primo ex pte nature & sic nullus assumi põt ad ordines angelorũ: tũ qa in hoĩe naturalis actio nunq̃ꝫ põt ptingere ad eq̃litatẽ angelorũ nullus enĩ intellectus hũanus scd̃m suã formã põt ptingere ad cognoscendũ deũ. vt angeli: tũ qa semp remanebunt distincte nature. s. angelica & humana. Scd̃o modo assumi ad ordines angelorũ põt intelligi ex pte gratie & tũc dico ꝙ nõ solũ ad ordines sed sup or dines angelorũ assumi põt: vt patet de beata virgine que ex eo ꝙ habuit plus de gratia sup oẽs choros angelorũ est exaltata. Tertio mõ põt intelligi assumi ad ordines angelorũ ex pte efficatie: & tũc dico ꝙ q̃uis angelus in ferior nõ possit mereri vt ad gloriã angeli supioris pue niat: tñ hõ sic. Eo ꝙ meritũ hoĩs est efficatius q̃ꝫ meritũ angelorũ. Qd̃ pbat̃ q̃tuor rationib⁹. Prima ẽ ppter dei liberalitatẽ que nõ obstãte hũane nature ĩfirmitate hoĩ tantũ vult dare quantũ angelo. Scd̃a ratio est ppter diffi cultatẽ que est occasio maioris conatus & per cõsequẽs meriti. Tertia ratio est ppter tpis diuturnitatem ex qua homo põt de virtute in virtutẽ pficere: & de bono ĩ me lius. cũ diutius sit viator q̃ꝫ angelus. Quarta ratio est p pter gratie & meriti xp̃i infinitatẽ: ex qua nostra merita efficatiam habent: & ideo magis pñt hoĩes virtute me

riti xpi quod est infinitū transferri in gradū altioris na ture quā etiā angelus. Tho. in. ij. sniarꝝ. di. ix. & de cōse. di. i. c. hij duo hymni. dn̄s Ioh. de turre cremata.

Secunda questiuncula est:

f Si virgo maria fuit assumpta sup choros ange lorū. Ad quā videt̄ prio rn̄dendū negatiue. Ra tio est: qa sup choros & trenos angelorū nō est nisi tro nus sanctissime trinitatis. que ē ipsa deitas vel de⁹. Sed in treno illo nō fuit collocata qa sic fuisset eq̄lis in dei tate & gl'ia triū psonarū ergo. Ad hanc questionē̄ di cūt aliq̄ q̄ virgo maria nō dicit̄ exaltata sup choros an gelorū: qa collocata fuit in primo loco postremi superio ris chori seraphincꝝ vnde lucifer cecidit. Sꝫ hoc nō valet qa si sic nō diceret̄ exaltata sup choros angelorꝝ sꝫ intra eorū tronos posita. Ideo dicendū ē q̄ sup̄ oēs choros as sumpta fuerit & collocata. Q̄d ꝓbat̄ ratiōib⁹: auctorita tib⁹: & figuris. Prima ratio est sancti Tho. in opuscul: opusculo. viij. dicētis. Maria virgo excessit oēs angelos ī trib⁹. s. ī plenitudine gratie: in dei familiaritate & puri tate: ergo eos etiā loco debuit excedere. Itē albertus sup: Missus est: idē sic ꝓbat. Plus distat beata virgo a seraphī in dignitate & gloria: q̄ seraphin a cherubin. Sed ꝓpt̄ excellentiā dignitatis seraphin ordinat̄ super cherubin vno ordine ergo beata virgo erit super seraphin ad mī nus vno ordine. Itē plus distat dn̄a a seruo q̄ȝ seruus a seruo. Sed seraphin seruus sic se habet ad cherubin seruū q̄ vno ordine superat illū: ergo & regina & dn̄a oēs ser uos & p cōsequēs oēs angelorū choros. Itē Ioh. de blibia Bononiensis quolibeto. xix. sic ꝓbat ꝓpositū: gratia & gloria cōmensurantur: nam scd̄m mensuram gratie est mensura glorie: sed beata Maria omnem creaturam

intellectualē antecedit in gratia: ergo omnib⁹ prefertur in gloria: ei quippe dictum est. Aue gratia plena. Item meritum & premium sibi per equiparantiā correspondent. Meritum autē consistit in charitate: sed ipsa plus q̃ aliquis angelus dilexit deum: ergo zc. Idem habetur de conse. di. iij. c. pnunciandū. & ibi Archidiaconus. Probatur etiā idez auctoritatib⁹: & primo eccl'ie cantātis. Exaltata es sancta dei genitrix sup choros angelorū ad celestia regna. Itē Psal. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. glo. Astitit. i. sup choros angelorum ppinquius stetit. Regina vero a dextris tuis. i. ppe deitatē tuā. In vestitu deaurato. i. sapientie ad aduocandum p hominibus. Circūdata varietate: meritorū. s. & virtutum. Item Aug⁹. Sed de te o virgo quid dicam pauper ingenio cum quicq̃d dixero minus sit laude tua. Si celum te vocem maior es zc. Et cōcludit: si dominam angelorum vocem per omnia etiā comprobaris. Si ergo domina eorū: ergo super eos. Et Hieronim⁹ Hec est dies preclara in qua meruit exaltari super choros angelorū: & peruenire vltra qua nostre humanitatis nature licitum sit vbi nō substantia tollitur sed glorie magnitudo monstratur. Vbi xp̄s p nobis introiuit pōtifex in eternū celi palatium zc. Probat̄ tertio figuris: & primo. iij. Reg. ij. Vbi ponit̄ q̃ tronus Bersabee matris Salomonis positus est iuxta tronū regis & sedit mater ad dexterā filij. Itē. 3. Reg. ij. dixit dn̄s p arā pphetā Ieroboā. Te assumā regnabis sup oīa que desiderat aīa tua erisq̃ rex sup isrl'. Et sic p3 veritas hui⁹ questionis. Ad argumentū aūt in cōtrariu3 est dicēdu3: q̃ nō iō dr̄ virgo maria exaltata sup choros angelorū q̃si fuerit eq̄lis in deitate trib⁹ personis. S3 q̄a citra psonas diuīas nulla pura creatura plus beata virgine participat dn̄i gratiam

gloriã & premiũ essentiale diuinũ. Clamem⁹ ergo ad eã gemẽtes in hac lachrymarũ valle & flẽtes: dicẽdo: trahe nos post te itra choros ãgelorũ & adiuua vt in odorẽ vnguentorũ tuorũ curramus o virgo aduocata nostra.

Causa aspirãte deo optimo maximo: princeps inuicte: ꝑ quãto virtutis & roboris animi mei mediocritas tulit: suo fine: kalo. demonũ. i. bonorũ angelorum secunda decade. Nunc etiã tertio patrocinãte & opitulante Ioue xp̄ionorũ: paulo liberius ad tertiã: de Kco demonib⁹. i. malis angelis nr̄a se flectet disputatio Eritq; iusta Aristo. ij. methaphi. & ij. posteriorũ. Primũ de malis angelis: petitionũ caput de veritate & existẽtia ipsoꝝ. Circa quod sex questiũcule soluent̃: q̄rum quelibet infra suo ordine declarabitur.

Prima questiuncula est. Si Kco demones. i. mali angeli sc̄dm rei veritatẽ reperiant̃: an sit cõmentũ fideliũ theologorum & xp̄ianorum. Ad quã primo videt̃ r̄ndendum negatiue: q̄a si essent reperient̃ a deo in libro genesis creati: s; ibi nulla fit mẽtio de angelis malis nec bonis: ergo nõ sũt creati: nec per cõsequens existunt in mundo nec ĩ inferno aut in aere hoc nostro caliginoso. Item Aristoteles & perypatetici posuerũt nõ esse demones & ea que nos attribuimus demonib⁹ dicebant ꝓuenire virtute celestiũ corporũ & aliquarũ rerũ naturaliũ. s. lapidũ & herbarum. Preterea nos videm⁹ q̄ luna sc̄dm certa augmenta eius vexat hoĩes & lunatici dicunt̃ Mat. x. & xvij. Nigromantici etiã obseruant cõstellationes ad opera eorũ cũ fingunt se inuocare demones: ergo nõ ex demonib⁹ ꝑut dicitur: sed ex corporibus celestibus illa ꝓueniunt

Caput Primum

Rño dicendum q circa veritatē & existentiam demonū triplex fuit opinio. Prima Aristotelis & eū sequētiū pypatheticoꝝ q nō posuerūt demones esse: sed ea q̄ attribuere solem⁹ demonib⁹ dicebāt ꝑuenire ex virtute celestiū corporuꝫ: planetarū & quarūdā aliarū rerū Vnde Aug⁹.x.de ci.dei.dicit Porphyrio egyptiaco pypathetico & nigromātico. Visum fuit q qbusdā herbis: lapidibus aīantib⁹ sonis ac certis qbusdam vocibus figurationibus ac figmētis: qbusdam etiā obseruatis motib⁹ siderū in cōuersione celi: fabricanť interra ab hoīb⁹ potestates siderū idoneas varijs effectibus exequēdas. Sed hoc apparet manifeste falsū: dicit Aug⁹ ex hoc q īueniūtur aliq̄ opationes demonū que nullo mō pñt ꝑcedere ex aliqua naturali causa puta q aliqs arrept⁹ a demone loquať linguā ignotā: recitet versus & auctoritates quas nunq̄ sciuit. Multaqꝫ alia īueniunť opa demonuꝫ tā in arrepticijs q̄ in artib⁹ nigromāticis: puta statuarū locutio: earū motio q̄ nullo mō pñt ꝑcedere nisi ex aliquo ītellectu. Propter quod quidā alij phī coacti sunt ponere demōes esse: sꝫ ñ q̄s nos dicim⁹: sꝫ esse aīas hoim vt dixit Plotinus: & adducit Aug⁹.ix.de ci.dei. & ex huiusmodi hoīm aīab⁹ fieri demones lares.i. domesticos si fuerūt aīe boni meriti. Si vero fuerūt aīe mali meriti fiunt larue.i.turpes & terrifacientes. Si aūt sit incertū eas bonorū fuisse aut malorū meritoꝝ efficiunť dij manes: quod credētes multi aruspicū occiderūt pueros vt haberēt aīas eoꝝ in suis opibus coopantes & adiuuantes Sed hoc pniciosum dogma Crisostom⁹ sup illud Mat. Demones exibant de monumentis: obtriuit dicens nō habet rationē: vnā virtutē in corporeā posse in aliaꝫ trāsmutari substantiam.s.aīam ī substantiaꝫ demonis. Nec etiaꝫ rationabile ē aīam a corpe separatam hic oberrare.

Iustorū eni aie in manu dei sunt: que aūt sunt peccatoriū cōfestim hic adducunt. Fuerunt tertij qui ꝓpter circe neī hanc nunc suppositā opiniones posuerunt: vt adducit Aug⁹. viij. de ci. dei. ꝙ oīm aialiu3 in qbus est aia rat. ōnalis tripartita diuisio est: in deos: hoies: & demones. Deos autē dicebant habere corpora celestia: demones aerea hoies vero terrena. Vnde & Plato sub substantijs intellectiualibus oīno a corpe sepatis hos tres ordines substantiarum corporib⁹ vnitarū ponebat. Et hij tertij licet verū dixerint ꝙ hoies terrena corpa habeant vt experimur & falsum senserint de aiatione corp orū celestiū. Cum Aristoteles neget corpora celestia esse aiata vt dicit Boetius Cogēte tm̄ veritate verū dixerunt ponēdo demones esse licet nō sint naturaliter corpis aerei vt ponebant: & in sequēti dubio ꝓbabit. hec oia Tho. in questionib⁹ disputatis demonib⁹. q. i. Ponit etiam dn̄s Wilhelm⁹ parisiēsis in li. de vniuerso. pte. iiij. ꝙ inter kaco demones sunt etia3 aliqui delyri q̄si fatui q exigente hoc in penam q̄litate peccatorū: ex intrinsecis passionib⁹ vitioru3. s. ire edij: superbie: timoris: doloris & huiusmodi que pn̄t tm̄ excrescere in spū aliq̄ ꝙ incipiat furere & delyrus fieri. Ita ꝙ tam stulte & ridiculose iudicet de reb⁹ sicut vnus fatuus hō q circa virtutē rationatiuā ita pueriti turbari & alienari pōt ꝙ errabit circa secunda3 & tertiā opationē intellectus. Et silr̄ pōt accidere ī demonib⁹ & aīab⁹ damnatis. hec ille formalr̄. Sed p̄ter hec q̄ nunc sup dicta sunt: cōstare pōt existētia & veritas maloru3 spirituū siue demonū: prio scripturarū & gētiliū auctoritatib⁹. Scd̄o inductiōib⁹. Tertio exēplo. Primo auctoritate veteris testamēti & noui. Nā geñ. iij. dr̄. ꝙ tpe q̄ Adā & Eua erāt nudi ī ꝑadiso: erat quedā alteri⁹ speciei rōnalis creatura p̄ter hoiem. Vn̄ dr̄. S3 & serpēs erat callidior

cunctis aīantibus terre que fecerat dñs deus quinta & sexta diebus. Qui quidē serpēs nō ꝑpria natura sed quadam intellectuali natura serpēti aduēticia loquebatur dñe Eue. Hanc autē rationalē creaturā preter hoīem dicitur diabolū fuisse. Iob. quoqꝫ. c. xx dr̄. Vadēt & veniēt super eū horribiles demones: oēs tenebre abscōdite sunt in oculis eiꝰ. Et. c. xvi. dr̄. Hostis meus terribilibꝰ oculis me intuitus ē: aperuerūt super me ora sua & exprobrantes percusserūt maxillaꝫ meā saciati sunt penis meis. Et Sapīe. xi. c. dr̄. Pro eo ꝙ errantes colebant mutos serpētes & bestias superuacuas: īmisisti illis multitudinem mutorum aīalium in vindictā vt scirēt ꝗa per que peccat ꝗs per hec et torquet̄. Et Mat. 25. Discedite a me maledicti ī ignē eternū qui paratus ē diabolo & āgelis eiꝰ. et Iob. 41. methaphorice formaꝫ demonis describens dicit. Sternutatio eius splendor ignis & oculi eius vt palpebre diluculi: de ore eiꝰ lāpades ꝓcedunt sicut tede ignis accense: de naribus eius ꝓcedit fumus sicut olle succense atqꝫ feruentis: halitus eiꝰ prunas ardere facit: & flamma de ore eiꝰ egreditur: in collo eius morabitur & faciem eius precedet egestas ⁊c̄. Vide totū capitulum. Refert etiam Augꝰ. li. viij. de ci. dei. ꝙ Apuleiꝰ Platonicus scribit in li. de deo Socratis: Socratē demonē quendā habuisse familiareꝫ ꝗ sollicitus erat circa ipsuꝫ vt desisteret ab agendo qn̄ illud qd̄ agere volebat inprospere fuerat euenturum. Item posuit ꝙ demones sunt medij inter hoīes & deos: p̄ces hoīm ad deos deferentes atqꝫ īpetrata beneficia hoībus reportantes. Et Plato in thimeo dicit. Inuisibiliū diuinarū potestatū que demones nūcupant̄. p̄stare rationē opus maius est: ꝙꝫ ferre valeat hoīs ingeniū. Et Xenofon li. i. de morte Socratis ad Atheniēses inqt. Enī uero iā bis michi defensionē parāti demoniū aduersat̄.

Et Lactanti⁹ li. ij. Institutionū. & Aug⁹. li. x. c. 24. de ci. dei. multa de eorum existentia scribunt. Sed preter ea etiā que dicta sunt de scripturaꝝ testimonijs: esse quasdaꝫ rationales substātias malas & peruersas p̄ter hoīem: & in hoc mundo vagari patere & cōstare pōt ex quinqꝫ inductiōibus Primo ex reuelatiōib⁹ seu inspirationib⁹ occultorū q̄s sepe fieri hoībus & factas etiā certissima relatione didicimus q̄ saluari nō poterant ex ordine & influxu corporaliū causaꝝ supiorū & inferiorūꝫ. Scdo ex rn̄sis seu oraculis & alijs miris effectib⁹ qui apparuerunt circa ydola qbus demones persuaserūt hoībus se colendos etiā magnis & sapientib⁹ viris vt Romanis zc. qui etiā effect⁹ rationabiliter reduci nō pn̄t: aut in causas superiores vel inferiores cursus naturalis. Tertio ex operib⁹ seu effectib⁹ artiū magicarū quarū sunt quidaꝫ effectus mirādi qui fiunt mediantib⁹ verbis nō ex ītrinseca virtute verborū aut caracterū: nec ex ꝑpria virtute intellect⁹ hoīs verbo ꝑferentis vt clare & faciliter ex principijs recte philosophie & liberaliū artiū cōuinci pōt. Relinqtur ergo q̄ fiāt tales effectus ex opatione alicui⁹ intellectus vel nature ītellectualis/ad quā referunt̄ verba intelligibilia & nigromanticorū: & ad quā formant̄ signa caracteres seu sigilla firmitat' dominij. Quarto ex actib⁹ obsessorū & reuelationib⁹ occultorū. Quinto ex subitis trāmutationib⁹ rerū vt virgarū in serpētes & huiusmodi que fecerūt magi Pharaonis. hec oīa henricus de Assia sup Gen̄. Tertio id ē suadebit exemplo. Retulit enī michi. R. dn̄s abbas rugius salernitanus: integre vite: magniqꝫ iudicij vir/atqꝫ Ferdinandi regis fidelissimus a secretis ambasiator: q̄ ea tempestate qua Veneti grauissimū bellū duci Ferrarie intulerūt. Cum Alfonsus Aragonius Calabrie dux īuictus tunc esset Mediolani

ibiq; inter illustres viros de spiritib⁹ sermo haberet. In quo cetu tunc forte aderat is abbas: variteq; de ea re sentirent: asseuerasse ducē ait. Nō vanū esse qđ de illis dicerēt: neq; cōmenticiū. Siquidē cū apud Cotronum Calabrie ciuitatē degeret: & post regias curas aliqd quereret laxamētū: nunciatū est mulierē ibi a spiritib⁹ male mulctari. Iussit illā ad se duci. Quā alloqui dux cū cepisset eā velut foret exanimis nichil respondere: nichilq; moueri. Qđ ille cū aiaduertisset: loculos (q crepūdia appellant) in quibus lignū crucis: agnus dei: & cerea quedā crux: a diuo frātre Iohāne de capistrano ordinis minoR̄ sacrata latebant e sinu suo exemit: eiusq; mulieris clam brachio iposuit. Tunc illā vehemēter exclamasse: minisq; modis os atq; oculos distorquere cepisse. Dux vero iperat fari: quid ita clamitaret: respondit vt id auferret qđ ei iniecerat: tū duci quid nā esset qđ auferri iuberet interrogāti respondit: hijs loculis quos ipse clandestine imposuerat inesse lignū crucis: agnū dei: & cereā crucē ab infestissimo eius hoste sacra[illegible]: que cū dux abstulisset rursus ea fit exanimis. Hijs cū Venetorū consul superuenisset de rebus serijs cū duce locuturus: inde ea iussu ducis educit̄. Mox sequentib⁹ tenebris cū se cubitum dux recepisset: repente oīa obstrepere visa sunt: vt aliquos ad se dux timore correptus aduocari iusserit: qbus cū puigil vsq; ad lucē pnoctauit. Hanc iterū die postero īperat accersiri: que ducē: vbi eadē que pridie fecerat: molientē aduertit. Interrogat an nocte preterita ptimuerit. Quā cū dux īcrepuisset tanq; tartareū spiritū mortalib⁹ infestū: simulq; sciscitaret̄ an ea fuerit q per cubiculum obstrepuerit somnosq; turbarit. Illa surridens: annuit: Vbi latuisset interroganti: in sūmo inquit conopeo qđ lecto tuo adiacet: q; nisi me sacra que loculis gestas ab-

dita ꝓhibuissent: illico te nostris manib⁹ enectū: ꝑcipitē e lecto de turba dedissem. Quin nostin me captasse quodcūq̧ verborum tibi heri fuerit cū venetorū cōsule. Dux vero tanq̄ id fieri nequaq̄ potuisset: amotis arbitris: fare inquit. Illa nō secus ac si interfuisset: rem omnem vt erat: ne mutato qdem verbo: ordine edisserit. Admirabūdus dux: tanto post hec firmius credidit malignos spiritus circūferri. quantuȝ vnq̄ antea hesitarat. Nunc ad rationes respondeamus in oppositum. & primo ad primum dicendū est q̄ Aug⁹ dixit. xi. de ci. dei. q̄ angeli cōmuniter nō sunt pretermissi in illa prima rerū creatione sed significantur nomine celi aut nomine etiam lucis. Ideo autem vel ꝑtermissi sunt: vel nominib⁹ rerum corporalium figurati: qa Moyses rudi populo loquebatur qui nō dum capere poterat in corpoream naturaȝ: & si eis fuisset expressum aliquas res esse super oēm naturam corpoream fuisset eis occasio idolatrie ad quaȝ proni erant & a qua moyses eos ꝑcipue reuocare intendebat. Ad secundū cum reuerentia declinamus Aristoteleȝ & vbi contra fidem tenet penitus euȝ negamus & dicimus q̄ licet corpus lunare in augmento vel decremento possit fortasse aliqualiter homines vexare: nō tamen tanta vexatione quanta nos quandoq̧ videm⁹ in arrepticiis: sȝ illam tam vehementē causant demones & id faciunt maxime in augmento vel decremento lune: duplici ratione Primo qdem ad hoc vt creaturaȝ dei. s. lunā infament: vt dicit Hieronimus & Crisostomus. Secundo qa cum nō possint operari nisi mediantibus virtutibus naturalibus vt declarabit̄. considerant ipsi demones ī suis operibus aptitudines corporū ad effectus intentos. Manifestum est autē q̄ cerebrum oīm partium corporis humidissimum est: vt dicit Aristoteles: & ideo maxime

subicit operationi lune q ex sua ppietate habet moue-re humore. In cerebro aute pficiunt vires aiales: & ideo demones scdm certa augmeta lune pturbat hois fantasiam qn cosiderat cerebru ad hoc dispositu. Ad tertium dicendu q nigromatici vere & no ficte inuocat demones i certis costellatioib. & demones respondet & veniunt ppter duo. Primo quide vt hoies in hunc errore iducant: q credat aliquod numen esse in stellis. Secudo qa cosiderat scdm aliqs certas costellatioes natura corpale magis esse disposita ad effectus p qbus aduocant. Qd etia alliciant & aduocent aliqb herbis: lapidib zc. vt adducit Aug de mente Porphirij: no tn illi qui pdicabilia edidit. Ad hoc respondet Aug. xxi. de ci. dei q demones alliciunt huiusmodi: no vt aialia cibis. s. vt ouis ramo viridi: sz vt spus signis inquatu. s. eis hec exhibet in signu diuini honoris cui ipi sut cupidissimi. Hec oia Tho[illegible] vbi supra. & pri. par. q. cxv. & Henricus sup Gen.

Secunda questiuncula est:

qd sunt quos nos vocam demones. Ad quas respondet Aug super Gen. recitatiue de mete platonicoru: & ponit in decretis in. c. sciendu. xxvi. q. iij. sic describes angelos malos. Demones sut genere aialia natura pulcherrima: mete rationalia: aio passiua: corpe aerea: duratioe eterna. Dicit genere nature & pdicamenti substatie. Natura pulcherrima. Nam quantu ad substantia sue nature no sunt bonis angelis turpiores. Animo passiua: passionib scdm platonicos appetit sensualitatis cocupiscibilis. s. & irascibilis. Corpe aerea: iquantu sut creati de materia sbtiliori: vt dicit glo. decreti vbi sup vt itelligant subtili & velocius intelligere q hoies. Duratioe eterna dei. s. gratia & no natura. Ite Aug de

ci: dei sic eos etiã describit. Demones sunt spũs nocendi cupidissimi. a iusticia penitus alieni: sup̃bia tumidi: inuidia liuidi: fallacia callidi: qui in hoc quidez aere habitant: q̃a de sublimitate celi suꝑioris eiecti merito irregressibiliter in sibi congruo velut carcere damnati sunt Et dicunt̃ mali angeli diaboli: a dia q̃d est duo: & bolus q̃d est morsellus: quasi duos morsellos cupiẽtes: aĩarum & corporũ: vt dicit̃ in glo. ordinaria in. c. firmiter extra de sũma trinitate. Dicit̃ etiã diabolus hebraice quasi deorsuz fluẽs. Grece dicit̃ criminator. Latine angelus malus: vt dicit Isidorus. viij. ethimo. Dicit̃ etiã sathanas q̃si aduersarius. & demon q̃si perit⁹ rez. hec ex sup̃ dictis.

Tertia questiuncula est: Si casus & lapsus angelorũ a mũdi pricipio vt dicũt xp̃iani fuit possibilis. Ad quã sic r̃ndet̃ ꝙ q̃dam heretici & ph̃i ĩpugnare solẽt doctrinã xp̃ianã in hoc puncto de casu angelorũ dicẽtes: ꝙ lapsus originalis a pricipio mũdi angelorũ in essentialib⁹ & accidẽtalib⁹ ꝑfectorũ nõ fuerit possibilis. Nam dicũt primo: ꝙ ipsi angeli a pricipio habuerũt de deo & de habitudine legitima oĩs creature ad deũ clarissimã cognitionẽ citra vltimã beatificã: sciẽtes indubie deũ plus se diligendũ esse: & sibi soli obediendũ: regraciandũ & cultũ latrie exhibendũ: ergo malũ culpe in eis esse nõ potuit. Item sc̃do arguũt sic. Nulla existente in angelis causa auersionis a rectitudine status primarij nullus in eis potuit accidere lapsus aut peccatũ: sed nichil dubietatis aut obscuritatis vł difficultatis in hijs q̃ agere: que ommittere: que habere debuerunt potuit in tanta felicitate eis accidere: nec aliquid erroris in vniuersali: aut in particulari: vel aliquod ĩpedimentũ vel retractiuũ q̃d angelos a recta

& debita habitudine ad suũ creatorẽ educeret: ibi potuit esse. Quinimo totũ qd intus & extra angelos erat inclinabat & ĩpellabat rationalẽ angelorum appetitũ erga deũ ergo peccare nõ potuerũt. Item tertio sic. Volũtas cũ sit potẽtia de se mota oportet necessario oẽm actum electũ eius esse conformẽ alicui iudicio rõnis. Igitur vbi ratio vel intellectuale iudiciũ semp est inobliquabile sicut in angelis erat: ibi potẽtia volitiua obliquari & peccare nõ poterat: ergo. Itẽ quarto sic. Si lucifer peccauit: oportuit actum quo primo peccauit esse libera volũtatis electione: ideo illud fuit conforme alicui iudicio ratiõis: quod si fuit rectũ nõ peccauit: quia non põt arbor bona malos fructus facere. Si vero erroneũ: tunc error intellectus precessit culpam voluntatis: quod oẽs refugiũt admittere. Item quinto sic: dicit. b. Aug9. xi. de ci. dei. ca. xij. Omnes angeli ab initio fuerũt equales felicitatis: & ita steterũt: donec isti qui nunc mali sunt caderent: igitur erant equales in virtutibus: igitur si vnus habuit perseuerantiã: ergo & omnes: quia alias nõ fuissent equaliter felices. Item sexto. Voluntas nichil potest attigere nec exequi sine rationis aminiculo & directorio. Ratio aũt nõ consentit malo: ĩmo semp recalcitrando malo remurmurat: dicente pho. i. ethicorum. q ratio semp ad optima deprecatur: quomõ ergo peccare potuerunt & tam mali fieri: quomodo angeli tã pfecte atq nobilis rationalis nature tanteq virtutis: sapiẽtie & sciẽtie ab initio felices & beati appellati: cadere & labi potuerũt: ergo.

Sed contra Iob. iiij. dicit. In angelis suis reperit prauitatem. Ad hanc dubietationẽ respondendo quatuor primo notanda sunt: deinde argumentis respondebitur. Primũ notabile est q tam angelus q̃ quecũq creatura rationalis si in sola natura consideret potest peccare:

& si alicui creature cõuenit vt peccare nõ possit: hoc habet ex dono gratie: nõ ex conditione nature. Cuius ratio est: quia peccare nichil est aliud q̃ declinare a rectitudine actus quẽ debet habere: siue deficere in agẽdo: siue accipiat pctm̃ ĩ naturalib⁹ siue ĩ artificialib⁹ siue ĩ moralibus: solũ autẽ illũ actum a rectitudine declinare nõ cõtingit cuius regula est ipsa virtus agentis. Si enim manus artificis esset ipsa regula incisionis: nunq̃ posset artifex nisi recte lignum incidere: sed si rectitudo incisionis sit ab alia regula: contingit incisionem esse rectam & non rectam. diuina autem voluntas sola est regula sui actus: quia ad superiorem finem non ordinatur. Omnis autem voluntas cuiuslibet creature rectitudinem in suo actu non habet nisi secundum q̃ regulatur a voluntate diuina ad quam pertinet vltimus finis: sicut quelibet voluntas inferioris debet regulari secundũ voluntatem superioris: vt voluntas militis secundum voluntatem ducis exercitus. sic igitur in sola voluntate diuina peccatum esse nõ põt: in qualibet autem volũtate creature potest peccatum esse secundum conditionem nature sue. Tho. pri par. q. lxiij. arti. i. in corpore.

Secundũ notabile est. Non est nec esse potest aliqua intellectualis creatura dei capax contradictorie libera simpliciter impeccabilis. i. que nullo modo possit peccare: patet faciliter: quia deus omni tali potest obligatorie precipere aliquid quod in eius potestate implere esset: vl̃ non implere stante obligatione ad contrariũ: quia nulla creatura rationalis esse potest de cuius ratione essentiali sit esse beatum: ergo omnis talis potest in statu vie poni & dimitti suo libero arbitrio sub communi influentia: ergo omnis talis potest peccare. Tertium notabile est: q̃ non potest esse aliqua creatura rationalis

essentialiter seu naturaliter mala vel peruersa: quod pro
batur sic. Sit. A. talis creatura rationalis que essentia-
liter sit mala: tunc quero si. A. sit apta nata agere vel se
habere cõformiter cõditioni sue nature vel nõ. Si primũ
tunc bene & recte se habere põt: & p cõsequẽs nõ est es
sentiale puersuꝫ esse. Si vero dicat̃ ꝙ semp agit & appe-
tit difformiter rõni & cõditioni nature sue: sequit̃ ꝙ vio
lenter se habeat: & si sic tũc põt se naturalit̃ habere. i. cõ
formiter cõditioni nature sue: & ita potest iterũ bene &
recte se habere: & male & peruerse. Ex quibus duobus. s.
secũdo & tertio notabilibus sequit̃ ꝙ omnis natura ra
tionalis cõtingenter & p accidẽs. i. ex ꝓpria potestate &
libero arbitrio male facta est. Nam vt dictuꝫ est: nulla
naturaliter est mala. hec Henric⁹ de Assia sup genesim.

Quartũ notabile est ꝙ malũ culpe siue pctm̃ mortale
in actu liberi arbitrij conuenit esse dupliciter. Vno mõ
ex hoc ꝙ aliquod malũ eligit̃ / sicut homo peccat eligẽ-
do adulteriũ: qđ scđm se est malũ: & tale peccatum sem
per ꝓcedit ex aliqua ignorãtia vel errore: alioquin id qđ
est malũ nõ eligeret̃ vt bonũ. Erat quidem adulter in ꝑ
ticulari eligens hanc delectationẽ in ordinati actus q̃si
aliquod bonũ ad nunc agendũ ꝓpter inclinationẽ passi
onis aut habitus: etiã si in vniuersali nõ erret: sed veraꝫ
de hoc sententiaꝫ teneat. Hoc aũt modo in angelo pctm̃
esse nõ potuit: qa in angelis nec ignorantia ẽ nec in eis
sunt passiones: q̃bus ratio aut intellectus liget̃. Alio mõ
conuenit peccare per liberum arbitriũ eligẽdo aliquid
quod scđm se est bonũ: sed nõ cum ordine debite men-
sure aut regule: ita ꝙ defectus inducẽs pctm̃ sit soluꝫ ex
parte electiõis que nõ habet debitũ ordinẽ nisi ex parte
rei electe: sicut si aliq̃s eligeret orare nõ attendẽs ad or-
dinẽ ab ecclesia institutũ: & hui⁹ peccatũ nõ preexigit.

ignorantiã: sed absentiam solũ considerationis eorum que considerari debent: & hoc modo angelus peccauit cõuertendo se per liberum arbitriũ ad ꝓpriũ bonum abs ꝗ ordine ad regulã diuine voluntatis. hec Tho. vbi supra ad quartũ argu. Ad argumenta autẽ in oppositum: ad duo pria patet respõsio ex notabilib⁹. Ad tertium dicit ꝗ volũtas põt electiue actuari: vel electiue appetere aliquod sine hoc ꝗ ĩtellectus ꝑiudicauerit assensiue: tale: vel taliter appetere. tũ qa alias oporteret oẽm actũ quo voluntas peccat precedere errorẽ intellect⁹: qđ est falsum & ꝓ erroneo habitũ. Nam scđm oẽs doctores theologos in angelis & similiter in primis hominibus malum intellectus secutum est malũ voluntatis: & nõ econuerso. Ad quartũ dicit ꝗ actus electiuus quo primo angelus peccauit precessit ex prius bona voluntate: non per hoc ꝗ precedens rectitudo vel iustitia voluntatis ad illam mouerit: sed ex hoc ꝗ arbitrij libertas a rectitudine ab initio collata aburẽdo sua potestate exorbitauit: & ad illud quod allegat ad hoc ꝗ non põt arbor bona ꝛc. Respondet ꝗ intelligitur in sensu composito. i. non stant simul ꝗ voluntas sit bona: & faciat act⁹ malos: cũ quo bene stat ꝗ volũtas bona & iusta possit male & peruerse eligere. Ad quintũ argumentũ neganda est cõsequẽtia: quia quando Aug⁹ dicit: omnes angelos fuisse equalis felicitatis: intelligitur quantuȝ ad presentẽ iustitiã seu quantũ ad eas ꝑfectiones quas presentialiter habebant de habitib⁹ scientie & virtutis. Ad sextũ dicitur sicut & ad tertiũ. Clarum ergo est ex oĩbus ꝗ querentes primã radicẽ seu cognitionẽ occasionis peccati angelorũ, non inuenient ignorantiam eorũ q̃si peccauerint in filium: nec in potentiã viriũ: quasi peccauerint in patrẽ: sed inueniẽt in vtrũqȝ potentem. s. bo-

num & malū liberi arbitrij potestatem: quā p absentiam solum cōsiderationis eorū que cōsiderare debuissent potius flectendo in malū peccauerūt irremissibiliter in spiritum sanctū. Hec Henricus de Assia sup Gen̄.

Quarta questiuncula ē: quan

modus nõ latet demones & sunt ministri veloces: ideo & similia pñt illudendo facere. Tertio modo pñt demones deludere sensus: abscõdendo illud. qd pñs est. Nam res que pñs est dupliciter potest latere sensũ nostrũ aut qa impedit virt⁹ sensus & potẽtie ne pueniat ad sensibile aut qa ipedit species sensibilis ne pueniat ad sensuз. Et vtroq; mõ põt fieri virtute demõis vt sensus nõ pcipiat qd sibi est pñto: & per hãc virtutẽ dicit demonẽ posse facere vt hominẽ reddat inuisibilẽ: qd tñ certũ est nõ esse. Et sic respondet ad glosam. Rabani. Exodi. vij. super illud. Fecerũt magi Pharaonis &c. magi diabolicis figmẽtis spectantium oculos illudebãt vt res in sua specie remanentes alie viderent. Et ad aliud quod habet in itinerario Clementis de Nicheta ad Petrũ narrante prestigia Simonis. Vidimus canes cantare & imagines ambulare. Et de socijs Vlixis cõuersis in bestias p magnã illam famosissimã Circẽ Et de socijs Diomedis cõuersis in volucres de qbus ht. xviij. de ci. dei. c. xvi. Et de adducta ad patrẽ sanctũ machariũ que videbat a viro & adducẽtib⁹ equa: a machario aũt mulier. Dicitur ergo q omnia ista facta sunt arte demonũ: qui cũ hec faciunt apparere de nouo speciem nõ dant nec de nouo auferũt sed illã que erat in fantasia tam viuaciter & velociter obiciũt virtuti interiori fantasie & imaginatiue vt credat homo se intueri rem exteriorẽ verã sensibilẽ. Qd si dicat ex pho q sensus prticularis circa ppriũ obiectũ nõ errat. Respõdet q verũ est de natura sua saluis tñ medijs. s. dispositione organi. medij & obiecti. Hec omnia ille qui sup & dñs Io. de tur. crema. super. c. epi. xxvi. q. v.

Ertia questiuncula est: Si
8 alijs modis, pter dictos, demones hoĩes fallãt.

Ad quā rñdet ꝙ diabolus ꝓter modos superius adductos etiā duobus alijs modis initit hoīes decipere. Primo ꝑ apparētis veri vel boni deceptionē. Secundo per somniorū illusionē. Primo qdem per apparentis veri vel boni deceptionē. Nam licet demones mendacissimi sint: consulentibus tamen mentiri refugiunt vt sic dicentes veritatē palliatam: occultent eorum iniquitatē & opinionem generent: ꝙ quasi dij nō mentiantur: & grauius opprimant in vltimo credentes. Nam ipsi cum sint optimi logici per omnes tresdecim fallacias philosophi sciunt optime paralogizando hoīes fallere. Decepit eni demon primā mulierē silogizando per fallaciam equiuocationis hui⁹ nominis moriemini Nam de⁹ dixerat: in quacūq; die comederitis moriemini. s. morte spirituali & eterna: Et demon dixit. Nequaꝙ̄ moriemini. s. morte temporali pro tunc. Hoc modo fallaciter quidam demō inclusus decepit regem Manfredum in Apulia: qui cum se disponeret ad bellum contra regem Karoluȝ francie cōsuluit demonem inclusum suū quid de bello suo sibi esset futurum: Et respondit demon. Non nō superabit gallus apulum. Nam modus est etiaȝ nunc ꝙ quando aliquis vult efficaciter negare aliquid bis negationem replicat. Ideo Manfredus se victurum credens accessit ad bellum: & supatus est a Karolo. Nam due negationes faciunt vnam affirmationem. Sic etiam alium decepit consulentem de aduentu inimicoruȝ suorum: quos secundum responsionē demonis credebat venturos ad se pacifice ad tractandum de pace. Dixerat enim sibi demon. Inimici enim tui venient ad te suauiter: in quo decepit per fallaciam etiam equiuocationis: cum ipse acceperit suauiter pro benigne: & diabolus pro festinanter. Alius etiam consulens appolinem vt dicit Valerius:

Caput Quintum

Si vadens ad inimicos caperetur: vel rediret? Respon-
dit. Ibis redibis non morieris in bello: & fuit deceptus
per fallaciã cõpositionis: qa demon fecit punctum ad
nõ. consulens ad redibis. Vnde quãdoq; oportet verba
diaboli interp̃tari p̃ cõtrariũ: sicut accepi a. R. dño meo
Gundissaluo Ferrãdis heredio Taraconẽsi archipontis-
fice nũc Vrbis gubernatore: viro sanguine illustri: ani
miq; prudẽtia & vita exploratissimo: factũ fuisse dexte
ritate & mira ingenij hois ꝓmptitudine. Anno christi.
1478. 16. kł. octobris a domino mgr̃o Francisco de To-
leto: postea Sixti Pon. max. datario: exin. epõ Cauricen
si. Is enĩ dilectus a duce Mediolani ad Ianuẽses orator:
reb⁹ interea in Martẽ versis: detentus & iussus est ne qc
q̃ nõ exploratũ prius ab eis: scriberet duci. Ipse vero so-
lertia qua pollebat oculatissima: ad vtrãq; partẽ que cõ
tingere poterant cõspicatus: cum duce pri⁹ cõuenerat:
vt ei⁹ lr̃e: p̃postere ab eodẽ & ordine hebreo legerent̃:
obtẽta ergo scribẽdi licẽtia: ostẽsisq; senatui lr̃is: misit hãc
infra epistolã: que retrograde si legat̃: spm̃ & rẽ Ianuen
sium oẽm duci ostẽdit.   Postergatis assertionib⁹ asseŕẽ
tium aliter. Istos alit bonitas atq; fides: nec iuidia inflã-
mat eosdem: quidem ordinatis tramitibus se gubernãt
nec separant voluntates eorũ. Nempe preterite questio
nis memoria cumulata nõ diffidũt: sed confidunt ad in
uicẽ. Nulla fortuna aduersari debet eis: sed diu nec pau
co tempe durare debent: quod clarissime cõstat auditu
profecto susceperũt beniuolo voto legationem meã nec
nomẽ dñi mei mittentis oderunt quieta amenitate nõ
cupida sub rapina viuere delectatos. Vnde viderũt me
visib⁹ claris & placidis nõ facto aliquo tumultu omniũ
terrigenarũ & forẽsiũ cetus presentata causa requisitio
nis mee pariter & aduentus &c. Sisis est ille versus qui

Abel conuenit recte Caym vero oblique platus. Sacrum pingue dabo nec macrū sacrificabo. Demones ergo nō in apperto fallūt nec palam mentiunt. Sed sub clamide veritatis & bonitatis decipiūt: aut p fallacias sillogisticas aut p obiecta extrinseca pposita aut p varias falsas apparitiones: pphetias: reuelationes fantasticas allocutiones aut falsigraphas psuasiones imutando vt diximus virtutem fantasticā aut imaginariā. Propter ergo mltiplices modos deceptionū fallaciarū & potētiarū ipsorum malignorū spirituū dicit scriptura Geñ. iij. Sed & serpens erat callidior. i. scdm aliā translationē sapiētior cunctis animantibus terre que creauerat deus: & xp̄s vocat diabolū fortē armatū. Luce. xi. & Iob. xli. Non est potestas sup terrā que cōparet ei. & . xvi. q. ij. visis. Diabolus habet mille nocēdi modos & artes. Et Paulus ad Ephe. vi. Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinem: sed aduersus principes & potestates: aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Et Apocal. xij. Ve terre & mari quia descendit diabolus ad vos habens iram magnā. i. potestatem. Secundo decipit etiā per somniorū illusionem. Nam quandoq operatione demonū alique fantasie dormientibus apparent in quibus aliqua eis reuelant: qñq quidē quedā vera siue de spiritualibus: sicut Aug9 refert. xviij. de ci. dei. q quidam phūs quedā platonica dogmata cuidā in somnis exposuit qd per operationē demonū Aug9 factum dicit. Siue de corporalibus presentibus vel futuris precipue hijs cū quibus demones habent aliqua pacta illicita: qbus quandoq reuelat ea quorū ipsi causa sunt qñq quedam quorū signa prenoscūt que tñ hoibus sunt occulta: quādoq imittunt sōnia falsa & deceptoria sicut patet p Gregoriū. iiij. dialogorū. c. l. vbi dicit: q cū quidā somnia vehemēter atten-

deret diabolus ei per somniū longa spacia vite ꝑmisit: cūq; indirecte multas pecunias collegisset ad stipendia longe vite deceptus a demone repente defunctus est intactas relinquens male partas pecunias. Simile etiā patet in illo de quo in vitis patrū legit: ꝙ cum audiret miracula Moysi cepit eū preferre xp̄o: & de nocte diabolo apparente vidit xp̄m per somniū in choro hominū in vestibus nigris: & Moysen in choro angelorū in vestibus albis: ꝓpter quod somniū ille a fide recessit: sed postea illuminatus intellexit fallaciam & ad xp̄m reuersus est. Tales igitur oēs reuelationes somniorū & responsiones nō appetēde sed execrande & nō credende sunt. Primo quia frequēter falsa reuelant: qa ipse diabolus mendax est: & pater mendacij. Scdo quia dato ꝙ aliqñ vera reuelet: tñ semper intendit perditionē hoīm: & ideo pluries vera dicit vt hoīes assuefaciat ad hꝰ vt ei credāt et sic ītendit perducere ad aliquid humane salutis nociuum. Hec ex Henrico de Assia super Genesim.

Quarta questiūcula est: quare ꝑmittit deꝰ vt hoīes a demonibus insidientr. Ad quā sic respondetr ꝙ cum diuina ꝓuidentia ordinare mouerit mala in bonum & bonum inferiorū per superiora ꝓcuret: & ipsi angeli sint medij inter deū & homines: bonum hominū per angelos ꝓcuratur: & hoc dupliciter. Directe inquantū homo reducitr ad bonum & retrahitur a malo: & hoc fit ꝑ angelos bonos. Alio modo indirecte dum aliquis per ipugnationē a cōtrario retrahitur a malo & ꝓmouetr ad bonum: & hanc ꝓcurationem habent facere mali angeli dati hominibus ad exercitium deo permittente. Hec Tho. in questionibus de demonibus. & in prima pte. q. cxv.

s Extum caput est de temptatione hominū a demonib⁹. Circa quod sex questiuncule soluentur. quarum quelibet infra suo ordine declarabitur.

p Rima questiūcula est: Si tēptare hoies sit ꝓprius officiū demonū. Ad quā primo videt̄ respondendū negatiue. Nam Geñ. xxij. scribit̄: ꝙ de⁹ tēptauit Abrahā de imolatiōe filij: ergo. Itē mūdus caro & homo tēptant deū: hoiem atq; seipm: ergo nō est ꝓpriū officiū demonū tēptare. Ad hāc questionē respondet̄ ꝙ tēptatiōis duplex ē finis. Prim⁹ ꝓxim⁹. s. sciētia siue expiētia de aliquo quē tēptam⁹. Nā cuiuslibet tēptantis intētio ꝓprie est velle scire aliqd de tēptato. Est vlterior & ali⁹ finis bonus vł malus q̄ qñq; querit̄ ex ꝑcepta sciētia. Bonus quidē cū aliqs tēptat aliqd scire de sciētia vel virtute alterius vt eū ꝓmoueat ad dignitates. Malus qñ tēptat de aliquo scire aliqd vt eū decipiat vł subuertat: & hoc ꝓprie dicit̄ quādo cupimus de aliquo aliqd scire vt eū decipiamus vł subuertam⁹. Et q̄a hoc est ꝓpriū diaboli qui tēptat vt nos decipiat: iō ꝑ quandā anthonomasiā diabolus dicit̄ tēptator: scd̄m illud prime Thessał. iij. Ne forte tēptauerit vos is qui temptat. glo. i. diabolus cuius est officiū tēptare. Quantum vero ad finē bonū vt quis alteri bene faciat sic deus: angelus bonus: & veri amici temptant. Si autē loquimur quantū ad ꝓximū finē temptationis. s. velle scire de aliquo aliquid: hoc est dupliciter: vel vult scire alijs: & sic deus tēptare dicit̄ vt sciat. i. vt faciat alios scire: sicut dicit̄ Deutero. xiij. Temptat vos dñs deus vester vt palam fiat vtrum diligatis eum. Quo mō tēptauit abrahā vt mūdo

ostenderet obedientiã ei⁹. Et Thobiã & Iob: vt ostẽderet eorũ patientiã: & Philippũ vt ostẽderet ei⁹ fidei paruitatẽ. Io. vi. Vel tẽptat vt sciat sibi: & sic q̃nq₃ hõ temptat deũ cupiens quasi incertus expiri dei virtutẽ: potestatẽ veritatem: & bonitatẽ: sicut Iudas Machabeus cũ paucis iniens bellum contra Bachidem copijs multis munitũ temptauit potestatẽ diuinã: & occisus est. primi. Machabeorũ. ix. Et henricus impator tẽptauit dei sapiẽtiã; cũ suspectã hr̃et vxorem virginẽ & sanctã de adulterio: & coegit eã nudis plantis sup ferrũ ignitũ incedere: & illa innocẽs illesa euasit vt p₃ in cronicis. Tẽptant alij dei clementiã qui petunt sibi peccata dimitti: iniurias alijs retinẽtes: & sic tẽptantes deũ maxime peccãt cum agãt contra virtutem religionis: cuius est de excellentia dei optime & certe sentire. Et sic põt accipi quomodo tẽptare diuersis diuersimode attribuat: Nam tẽptat deus vt scire faciat: tẽptat homo vt cognoscat & ꝓmoueat: tẽptat diabolus vt sciat & decipiat. tẽptat homo malus vt diaboli cooperator existat: tẽptant mũdus & caro materiã diabolo ministrantes. Quia tñ temptare ꝓprie est de aliquo experimentũ & scientiã accipere ad decipiendum qd̃ ꝓprijssimũ est diaboli & cooperantiũ ei. Idcirco dicitur ꝙ tẽptare ꝑ quandã excellentiã angelis malis cõuenit & cooperatorib⁹ eorꝝ. Et per hec patet ad dubiũ solutio. Hec Tho pri. par. q. cxiiij. & scd̃a scd̃e. q. xcvij.

Secunda questiuncula est:

ad qd̃ p̃tendit tẽptatio demonũ. Ad quã r̃ndet ꝙ tẽptatio demonũ siue calliditas contra hoiem circa q̃nq₃ laborat. Primo ad corrũpendũ fidẽ salutarem erroribus supstitiõibusq₃. Scd̃o ad conseruandũ hoiem in illis. Tertio ad inducẽdũ viã contrariam virtutibus.

Quarto ad cōfirmandū hoīem in suis iniquitatib⁹ vt sic finaliter pereat & dānet̄. Quīnto vt homo patiat̄ egritudinē & afflictiōes vt sic irascat̄ & deū offēdat: vt habet̄ in glo. c. pōt fieri de pe. di. i. hec Henri. de Assia sup geñ.

Tertia questiūcula ē: quot & que sunt tēptantes & insidiātes hoībus. Ad quā sic respondet̄: q̄ ad pfectaꝫ rationē tēptatoris tria requirunt̄. Primū q̄ p tēptationē dubiū aliquod ignorātibus manifestet̄. Scd̄m q̄ sit intentū hoc ab eo q̄ tēptat. Tertium vt temptator cognitionē hui⁹ rei velit accipere quasi ab eo ignotam. Ratiōe primarū duaruꝫ cōditionū cōpetit tēptare deo sicut ptꝫ in Abrahā. Nam p imolationē filij manifestabat̄ obedientia & fides Abrahe: & hanc manifestationē de⁹ itendebat̄. Tertiū tm̄ ibi defuit: q̄a per temptationem illam nō accepit deus cognitioneꝫ quā pri⁹ nō habuit. Alia est temptatio ī qua saluat̄ vnū predictoruꝫ tm̄. s. manifestatio temptati: & hoc modo dicit̄ temptare caro: mundus & diabolus: q̄a in hijs manifeste cognoscit̄ virt⁹ vel īfirmitas ei⁹ q̄ tēptat̄: sicut in bello cognoscitur virtus militis. Vnde inpugnatio ipsius virtutis mentis a quocūq; sit dicit̄ temptatio Et hec īpugnatio hēt fieri dupliciter. Vno mō a pricipio intrinseco & sic temptat caro. Alio mō a principio extrinseco: & hoc dupliciter. Quia exterius principiū vl̄ inpugnat p modū obiecti: & sic est īpugnatio a mundo cui⁹ rebus corda aliciunt̄ ad peccandū. Vel illud principiuꝫ īpugnat p modū agentis trahentis ad peccandū vel psuadendo: terrendo: vl̄ blandiendo: & hoc modo dicit̄ esse temptatio a diabolo & a mēbris suis hoībus malis: & sic ptꝫ quō diuersimode temptare cōuenit deo: carni: mundo: & diabolo: & malis hoībus. hec ex theologis.

Caput Sextum

q Varta questiũcula est. Si temptari a diabolo & ab alijs dictis tẽptatorib⁹ sit appetendũ. Ad quã videt̃ primo r̃ndendũ affirmatiue. Nam Iacobi primo dicit̃ Omne gaudiũ existimate fratres mei cũ in tẽptationes varias ĩcideritis. Itẽ illud in q̃ virtus alicuius manifestatur est appetendum sed temptationib⁹ manifestatur virtus hominis: & ibi quodãmodo virtus refloret: ergo. Sed ĩ contrariũ est xp̃s qui nos docet: oremus a nobis tẽptatio ãmoueat̃ in oratione dñica dicentes. Et ne nos inducas in tẽptationẽ. Item Mat. xxvi. Vigilate & orate vt ñ ĩtretis in tẽptationẽ. Et. i. Corinth. x. Temptatio vos nõ apprehendat ni humana. i. venialis: q̃a sine hac vita hũana ñ agit̃. Ad hoc respondet̃ ꝙ cũ ꝑ se nichil appetat̃ nisi illud q̃d nõ habet rationẽ boni & finis. cũ tẽptatio habeat rationẽ boni & finis ꝓprie: ꝓprie & ꝑ se appeti nõ debet. Quia vero tẽptatio ordinabilis est in finẽ & hoc põt habere rationẽ boni. Ordinat̃ aũt aliq̃d ad finẽ dupliciť. Vno mõ ꝑ se: illud. s. q̃d de se habet ducere in finẽ: sicut medicina bene cõfecta & subiecto bene disposito applicata scd̃m se ĩ sanitatẽ habet ducere ꝑ se. Alio mõ ꝑ accidẽs: illud. s. quod de se habet ducere in aliũ finẽ quã in finẽ illũ: tñ ꝑ aliam causaꝫ concurrentẽ habet ducere in finẽ intentum sicut si quis comederet venenũ vt moreretur: & inde cõtingat eũ sanari. Cum igit̃ temptatio per se ordinetur ad ꝑditionẽ hoĩs: et ad salutẽ nõ ordinetur nisi ꝑ accidens ꝑ hoc. s. ꝙ vincitur per auxiliũ gr̃e diuiẽ. Ideo simpliciter tẽptari nõ est appetendũ: sed ẽ appetẽdũ per accidens. s. temptari & simul cum auxilio diuino vincere. Veruntamen quia propter fragilitatem humanam victoria est nimis dubia: temptatio securius & melius fu

gitur ꝙ queratur. Ad argumentū dicitur ꝙ Iacobus hortabatur ad gaudium de temptationibus: sed ad patientiam per quā vincuntur temptationes. Nec patientia relucet nisi p̄suppoſita victoria. Ad ſecundum patet reſponſio in corpore queſtionis. Hec ex theologis.

Quinta queſtiūcula eſt: quare demon dn̄am Euam nō tēptauit iteriori ſuggeſtione: ſed vocali locutione: & quare magis in ſpecie ſerpentis ꝙ ceterorum reptiliū vel aīalium.

Ad quā ſic rn̄detur: ꝙ cū ꝑmittēte deo diabolus hoīem tēptare potuiſſet interiori ſuggeſtiōe & fantaſtica perſuaſione: non permiſit tamen niſi vt temptaret perſuaſione & apparentia exteriori vocalis locutionis vt ſic latentem ſue malicie conditionem per linguaꝫ proderet & ſe manifeſte & cōuenienter primis parentibꝰ exhiberet. Et in ſpecie ſerpentis magis ꝙ ceterorū reptiliū vel animalium apparere & loqui voluit: qa inter oīa genera ſerpētium virulentorū: vt dicit Albertus li. xxi. aīalium. Serpens eſt callidior & aſtutior: dicente etiaꝫ ſcriptura. Sed & ſerpens erat callidior. i. prudentior ceteris animātibꝰ terre. Addebat etiā ad prudentiā & maliciam ſerpentis quia vt dicit Augꝰ. xi. ſup Gen̄. Diabolus ſerpentem illum impleuit: & ei ſpiritum ſuum cōmiſcuit. Hec ex Henrico de Aſſia ſuper Geneſim.

Sexta queſtiūcula eſt. quo ydiomate demon primos parentes eſt allocutꝰ & qd̄ fuit primuꝫ ydioma & qd̄ erit vltimū in beatis & dānatis poſt iudiciū: & quo ydiomate deꝰ in ꝑadiſo terreſtri cū primis parētibꝰ loqbat̄.

Ad quā rn̄det̄ ꝙ demō voce ydiomatica hebrea exteriori: formata ligua

corporis animalis serpentis locu⁹ est primis parentib⁹. Quod ydioma hebreum primis parentibus de⁹ gratuite primo donauit: & illud angelis bonis & malis q in statu inocẽtie locuturi & instructuri erãt & hoies cũ eis familiariter cõuersaturi a principio ipressit. Quo ydiomate Adam noia aialibus iposuit. Nam cõstat vt dicit Hieronimus ꝙ cũa noia que in genesi legũtur a principio vsq; ad diuisionẽ linguarũ: esse ncia hebraica: & hac lingua etiã de⁹ in padiso in subiecta creatura ambulãs primos parentes allocutus est. & ipsi exteriori lingua ibidez cũ deo & diabolo loquebanẽ: quo vtenẽ etiã beati & dãnati post iudiciũ: ꝗuis beati poterunt ad inuicẽ linguis oibus loqui: ñ aũt dãnati. Dicũt etiã Hieronim⁹ cũ Origene ꝙ expientia ꝓbatuz fuit: infantez clausuz & a nutrice lege posita: nõ edoctũ ꝓrupisse in primũ verbum ydiomate hebreo. Lehem. i. panem: & yain. i. vinum. Herodotus tñ libro scdo ponit ꝙ infans troyan⁹ mox natus: & clausus a nullo q; instructus ex se primũ verbuz ꝓrupit lingua troyana: artos. i. panẽ. ynos. i. vinum. Hec Henricus & supra adducti.

Septimũ caput est de potentia & cõditione ipsorũ demonũ.

Circa quod q̃tuor questiũcule enucleabũtur quarũ quelibet infra suo ordine declarabitur.

Prima questiuncula est.

Si demones cognoscũt futura. Ad quã sic respõdetur: ꝙ futurorũ triplex est genus. Quedã habent causaz determinatã & infallibilẽ vt sunt illa q̃ attẽdunẽ circa motũ corporũ supiorum in q̃bus est determinatio & ois ipedimenti remotio: & de talib⁹ est conclusio prima: ꝙ demones cognoscant talia futura i suis.

causis cuiusmodi sunt ea que circa motũ celi accidunt vt ortus & occasus: eclipses: coniunctiones luminarũ: que oĩa multo melius cognoscunt per species causarũ innatas q̃ astronomi per artẽ. Secundum genus futurorũ est que habẽt causam determinataȝ: sed tñ fallibilẽ aliquando: vt sunt illa que sunt scd̃m inferiorẽ naturã: que ideo habẽt causaȝ determinatam q̃a nature intentio mouet determinate ad vnũ. Ideo vero fallibilẽ q̃a multiplex põt occurrere impedimentũ: vt pote ager seminatus si terra pinguis est & bona dispositio corporũ superiorum afferet pinguẽ fructũ: Et de talibus est scd̃a cõclusio. Quod demones futura cognoscunt nõ oĩno certitudinaliter: sed cognitione coniecturali: & hoc modo astrologus p̃dicit quedã futura que consequunt̃ ex motibus celi in istis inferiorib⁹: que tñ ĩpediri possunt, p̃pter defectum causarũ inferiorũ: & taliũ cognitio tanto magis ad certitudinem accedit: quanto ad vnũ effectũ plures cause cõcurrentes cognoscunt̃: & quãto virtus cause melius cognoscitur. Vnde q̃a demones subtilissimi sunt: ideo ĩ talibus melius cognoscunt. Tertium genus futuroruȝ est que habent causam indeterminatã & fallibilem sicut dicuntur ea q̃ sunt ad vtrũlibet sicut sunt ea que dependẽt a voluntate nostra q̃ indeterminata est: q̃a põt ad opposita mouere. fallibilis etiã est q̃a possunt volenti etiam perficere: occurrere multa. Et de talibus est tertia conclusio: q̄ demones non cognoscunt talia: sed solus de⁹. Prima futura possunt diuinare & prenũciare demones certo. Secunda nõ certitudinaliter. Tertia nullo mõ: nisi solus deus: & cui voluerit de⁹ reuelare: a cuius actus vsurpatione: diuini vocantur: qui futuris p̃nunciandis intẽdunt. Quarta cõclusio (q̃si correlariũ) est: q̄ licet demones sciant futura primo modo: nõ est tñ eis danda fides:

cum reuelant: quia intẽtio eorũ est ad fallendũ: & si quã do dicũt vera: hoc faciunt vt assuescant homines in alijs ad credendũ. Non ergo diuinationibus eorum danda est fides. Hec Tho. & Bonauẽtura & dñs Iohan. Cardinalis super. c. sciendum. xxvi. q. iij. Quod si querat̃ quõ sciunt demones quãdoq; presentia reuelando quid nũc faciant reges zc. Respondetur quia demones non mouentur localiter ad cognitionem aliquam acquirendã sed bene ad aliquid operandum in loco. Vnde demon sicut non indiget motu ad sciendum: ita nec mora temporis ad motum localem ideo statim potest adesse applicando se & reuelare: sicut aĩa nostra etiã statim transit cogitando de gallia in syriam. Tho. pri. par. q. cxiij.

S Ecunda questiuncula est:

Si demones cognoscãt cogitationes hoim. Ad quã prio videt̃ respõdendũ affirmatiue. Nam vt dicit̃ a Gregorio in moralib⁹. Intellectus btõꝝ resurgentiũ intendẽtes ĩ vniuscuiusq; intellectuũ feliciũ aliorum simul & cõsciẽtias eorũ penetrabũt. Sed resurgẽtes erũt siles angelis Mat. xxij. ergo et angeli boni & mali siliter possunt. Rñõ dicendũ q; cogitatio hoĩs dupliciter põt sciri. Vno mõ indirecte hoc est ĩ effectu & hoc mõ nedũ hoĩes & angeli boni s; demões etiã scire põt cordiũ cogitatiões: & tanto subtili⁹ angeli boni & demones quãto effect⁹ huiusmodi fuerint magis occulti. Cognoscit̃ etiã cogitatio interdũ nõ solũ p actũ & effectũ aliquẽ exteriorẽ: puta locutiões vl' opationẽ: s; etiã p aliq̃ signa faciei: & mutationẽ vult⁹. Vel per signa aliq̃ corpis qđ quidẽ diuersimode mouet̃ scđm diuersitatem affectionũ. Nam dr̃ Eccl. xiij. Cor hoĩs immutat faciẽ eius Et Iuuenalis. li. iij. Deprendas animi tormẽta latẽtis in

egro (corpe depredas & gaudia sumit/vtrūq3. Inde habi tū: facies. Et Ouidius de arte amādi. Sepe tacēs vocē: ver baq3 vult⁹ hēt & hoc etiā mō hoīes cognoscūt cogitatiōes cordiū: s3 angeli boni & mali tanto facili⁹ quāto subti lius imutatiōes occultas corpales ꝑpendūt. Et medici ēt aliq̄s affectiōes cognoscūt ꝑ pulsū puta ꝙ hō tristat̄ vel amet. Hanc aūt cognitionē.d. Bonauē. vocat cōiectura lē: & scdm hāc cognitionē indirectā vl̄ cōiecturalē3 vel in effectū intelligit̄ dictū. Aug. xxij. sup Geñ. ad lr̄am: ꝙ angeli cognoscūt cogitatiōes nr̄as nobis etiā inuitis. Itē libro de diuinatione inqt. Demones hoīm dispositio nes nō solū voce ꝓlatas: verū etiā cogitatione cōceptas: cū signa quedā in corpore ex aīo exprimunt̄ tota facili tate ꝑdiscūt. hec ille. Alio mō possūt cogſci cogitationes directe: ꝓut sunt in voluntate: & tunc est cōclusio scd̄a. Quod nec demones nec angeli nec hoīes cognoscūt co gitationes: s3 solus deus. Probat̄ hoc primo sic. Nam cū angeli & demones ex speciebus inditis & inatis cogno scāt naturaliter. voluntas vero hoīs cū nulla re cōueniat a qua possit elici ei⁹ silitudo: ideo directe nec volunta tes nec affectiones voluntatū nec cogitationes ꝓut sūt in ītellectu possūt ab hoīe vel ab angelis bonis vl̄ malis cognosci: sed a solo deo: cui soli volūtas hoīs subiacet & solus in ea operari potest cū sit ei⁹ principale obiectu3 & vltimus finis. Propter hoc dicit̄ Ieremie. xvij. Prauū est cor hominis & inscrutabile. q̄s cognoscet illud: ego dominus scrutans cor & ꝓbans renes. Et prime Cor. ij. Quis enī scit hominū que sunt hominis nisi spūs hoīs qui in ipso est. Que verba sic exponit Ambro⁹. Volun tates & secreta cordis quis hominū scit nisi spūs homi nis qui ī ipso est. i. nisi animus ipsius & nō alteri⁹. Ma nifestū est enī cogitationes nostras a nullo sciri nisi ab

animo nostro/que hic spm̄ dicit. Ita & que dei sunt. i. secreta & occulta dei: nemo pōt scire nisi spūs dei qui in ipso est. & est ostensio a minori. Et Aug⁹ li. de eccl'asticis dogmatibus dicit. Internas cogitatiōes nostras diabolum nō videre certū est. Facit ad hoc qd̄ dicit dn̄s Bonauentura: ꝙ sicut deus voluntati rationalis creature dedit dominiū siue arbitriū cui nulla potētia p̄sidet nisi diuina: sic eius potentie cognitiue dedit cōsciētie secretū cuius secreta & ꝓfunda nō penetret nisi diuina sapiētia Et ideo nulla creatura aut humana aut angelica pōt cōsciētie humane scire secreta: nisi ꝑ signa vel ꝑ cōiecturas vel nisi nouerit dei reuelatione. aut hoīs detectione & denūciatione. Hec Tho. in questionib⁹ de veritate. & in prima ꝑte. q. lvij. & dn̄s Bonauētura & dn̄s Ioh̄. de turcremata. in. c. quodā loco. xxvi. q. iij. Dn̄s aūt Herueus cū dn̄o Iohāne Scoto dicunt ꝙ demones cognoscunt cogitatiōes nostras quantū ad subiectū obiectū & affectū ad quem inclinant: nō autē quantū ad finē: puta sciūt quid cogitamus sed ignorant ad quē finem: cognoscūt te cogitare feminam: sed ignorant an ad voluptatē vel ad alium finē. Ad argumētū Gregorij dicendū: ꝙ in resurrectione ꝓpter claritatē corpis & subtilitatē eorum penetrabitur mens eorum quo ad quantitatē gratie & glorie: non autem quo ad cogitatiōnes cordium: & sic dicitur de angelis bonis & malis nunc vsq; ad diem iudicij. Hec ex supra adductis.

T Ertia questiuncula est: Si demones facere possunt miracula. Ad quā videt̄ primo respōdendū affirmatiue. Nam dicit Aug⁹ li. 83. questionū. Plerūq; artib⁹ magicis & demonū fiūt miracula siīa illis que fiūt per seruos dei. vt patet

ex Valerio maximo li.i. Rubrica de miraculis. Item suscitatio mortuorum miraculum est. diabolus autem fecit mediante phitonissam in suscitatione Samuelis vt patet primi Reg. xxviij. Respondetur quod si miraculum accipiatur proprie prout est aliquid arduum insolitum supra facultatem totius nature create & preter spem admirantis apparens (vt dicit Augustinus) Demones sic miracula facere non possunt nec aliqua creatura: nisi solus deus. Si autem miraculum accipiatur communiter pro eo quod excedit facultatem & considerationem humanam: sic demones possunt facere miracula que verius dicerentur mira: inquantum homines illa sic facta mirantur: quia eorum facultatem & cognitionem excedunt. Quamuis autem opera demonum que nobis miracula videntur ad veram rationem miraculi non pertingant: sunt tamen quandoque vere res: sicut magi Pharaonis per virtutem demonum veros serpentes & ranas fecerunt. & quando ignis de celo cecidit in familiam Iob & gregibus etc. que fuerunt opera sathane & fantasmata non fuerunt vt dicit Augustinus. xx. de ci. dei. Ad primum dicitur quod illa proprie dicuntur mira & non miracula. Ad secundum dicitur quod phitonissa non vidit Samuelem sed diabolum in specie & similitudine samuelis: quem phitonissa credidit Samuelem: et ideo suscitatio non fuit vera: sed fantastica. tho. in pri. parte. q. cx. & lo. de tur. cre. xxvi. q. iij. c. quodam loco.

Quarta questiuncula est: An

sicut dicitur de mulieribus de nocte equitantibus cum diana vel cum Herodiade vxore philippi: sit sic in re: an sit illusio demonum. Ad quam videtur primo respondendum affirmatiue. Nam legitur de archiepiscopo Bisuntino quem diabolus vsque Romam tulit. Sic etiam dicitur de Alberto magno a Colonia Romam a demone ad disputandum adducto. Et de bono angelo scribitur Dan. 14. quod tulit Abachuc de iudea in Babilonem in vertice eius/ vt portaret prandium. Danieli.

Respondet̄ q̄ ea q̄ dicunt̄ de diana & herodiade falsa sūt. Prio q̄a diana dea paganorꝝ in mūdo hoc: nec in alio repit̄: nec herodias est in mūdo: cū qua dicūt se eq̄tare. Non.n.ꝑmittit̄ a deo q̄ tal̄ q̄ Iohānē baptistā fecit inter fici exeat de inferno ad eq̄tandū. Itē falsuꝫ est q̄d dicūt se eq̄tare sup̄ quasdā bestias: q̄d q̄dē falsū est: nō enī in tā breui tpe realiter & corp̄aliter iste bestie tāta terrarū spacia possent transcurrere & tā silenter ambulare: nec viderent̄ comedere. Fit ergo illusione demonū: q̄ cū mentē cuiuscūq̄ mulieris p̄ falsā credulitatē subiugauerit / illico transformāt se ī diuersas spēs personarꝝ & sīītudines & mentē quā captiuā tenēt multipliciter in somnis deludūt: modo tristia: modo leta: modo cognitas: modo īcognitas p̄sonas ostēdendo. Et cū solus spūs hoc patit̄ infidelis ꝑmittit̄ etiā hoc nō solū in aīo sꝫ in corp̄e euenire:

Ad illa ī oppositū dr̄: q̄ deuehere pōt corp̄a & hoīes: sicut pꝫ in xp̄o dn̄o a diabolo ī montē excelsū & sup̄ pinaculū tēpli portato sic̄ habet̄ Mat.iiij. sicut etiā pꝫ q̄n̄q̄ de mulierib⁹ arte demonū ad suos amātes vl̄ adulteros deportatis. Sed illa facere de diana & herodiade nō pōt: nec ē sic̄ iō ꝯn̄a negāda. Io. Car. 26.q.5.c.ē̄ .allegato.

Octauū caput est de potētia & imbecillitate demonū.

Circa quod quinq̄ questiuncule soluentur: quarum quelibet infra suo ordine soluetur.

Prima questiuncula est.

Si demones aliqua arte naturali iuenta vel q̄ repiri possit cōbinatiōis verborū caracterū: vl̄ viriū naturaliū rerū: cogi possint ab hoīe vt intrēt aliquē locū puta fialā vl̄ lapideā imaginē & ibi fixe ꝑmaneant & respōsa poscētib⁹ donēt. Ad quā p̄rio videt̄ r̄ndendū affir

matiue. Nam experiētia (mater sciaꝝ) didicim⁹: & audiuim⁹ aliq̄s habuisse & hr̄e demones īclusos in fialis: statuis & in idolis tp̄e nr̄o & iō latraꝝ: & ab eisdē cercitos dedisse respōsa petētib⁹. Ad hāc questionē rn̄dendo ponunt̄ sex cōclusiōes. Quaꝝ p̄ria est q̄ ps quesiti negatiua ē vera. Probat̄: q̄a si equalis nō p̄ualet eq̄li: m̄lto mi n⁹ pōt p̄ualere īferior sup̄iori: vl̄ infirmior potētiori. Sed q̄libet hō naturaliter ē inferior et īfirmior oīb⁹ angelis & demonib⁹: īmo ex dicto xp̄i: q̄ minor ē inter angelos maior ē oī hoīe: ḡ nō poterit hō cōpellere vl̄ coercere demones ad īgressuꝫ & fixe alicubi standū: ꝓpter ea dixit Iob. 41. Non ē sup̄ terrā p̄tās que cōpet̄ ei. s. diabolo. Itē si hō nulla arte aut vi verborū vl̄ caracterū aut herbarū vl̄ lapidū cōpellere pōt aliū hoīem vt aliqueꝫ locū determinatū intret ibiq̄ꝫ īmobiliter stet & maneat donec licentiet̄: q̄d magis debere posse fieri: cū hō sit aīal rōnale directe subiectū: scd̄m suā cōpositioneꝫ & condictionē naturaleꝫ corp̄ibus celestib⁹ & elementis & eoꝝ accidētib⁹. s. influxib⁹ & īpressionib⁹ alterationibus & transmutatiōibus: ergo m̄lto min⁹ pōt homo diabolū cōpellere, q̄ directe scd̄m suā cōpositionē nō subijcit̄ corporibus celestib⁹ nec eoꝝ īfluxibus aut accidētib⁹. Scd̄a cōclusio. Si aliq̄n apud hoīes ē vel fuit ars cogēdi demones seu sp̄us malos verbis aut caracterib⁹ aut alijs q̄buscūq̄ꝫ reb⁹: illā nō habuerūt a demonibus. Hec ꝯclusio ꝓbat̄ sic. Quia nō est verisil̄e q̄ demones sup̄bissimi vellent hoīes docere quō possent in seruitutē hoīm redigi & ab eis captiuari: incarcerari: īcludi vl̄ expelli ꝓ libito hoīs q̄n & vbi vellēt. Tertia ꝯclusio. Si demones q̄n q̄ꝫ cōpellunt̄ vel cohercent̄ ad ingressū vl̄ egressuꝫ verbis & caracteribus zc. hoc fit vel a sūmo deo vel ab angelis bonis, Vel etiam forte demones inferiores a superiorib⁹ &

potẽtioribus demonibus cõpelluntur ad hoc vel ad illud Vel certe demones quãdoq; fingũt ad huiusmodi per homines se compelli: cum tamen sponte & libenter veniãt vt credentes facilius opprimant. Nam vt dicit Aug⁹. Demones ob nichil aliud beneficia prestant nisi vt credentes occultius finaliter pdant. Quarta cõclusio: Si est aut fuit vnq; apud homines aliqua ars cohercendi vel cõpellendi demones exorcismis aut cõbinatione seu adhibitione aliarũ quarũcũq; rerũ illa erat & est solũ ministerialis respectu dei vel bonoꝝ spirituũ: ita videlicet ꝙ ex diuino pacto secreto quotiens talis homo dixerit talem exorcismũ tali modo & intensione: aut cũ talib⁹ cerimonijs. cohercean͂t vel cõpellan͂t spiritus maligni per ipsum deũ aut angelos eius potestatiue exorcista solum existente suo modo ministro. Quinta cõclusio. In xp̄iana religione credere esse aliquã artem cohercendi demones aut aliquẽ exorcismũ habere efficatiã in expulsiõe seu cohertione illorũ. supstitiosum est. Probat͂: quia nec in ecclesia primitiua nec in ecclesijs modernis: exorcismus aliquis ꝓprius & determiatus exppellendi demones ab obsessis hoĩbus vel illos cõstringendi: nisi apocriphe inuenit͂: & dubie. Quĩimo saluator dixit Mat. xvij. Hoc genus. s. demonũ nõ ejcitur nisi p orationẽ & ieiuniũ. Concedit͂ tñ qbusdã: & concessuꝫ est peculiariter quadã eorũ deuotiõe & oratione quas deus exaudit vt tales p inuocationẽ noĩs dei & sanctoꝝ demones coherceant & expellant. Sexta conclusio. Ars includendi demones ĩ imaginib⁹ vel fialis de qua locutus est Hermes non est ꝓprie ars: sed quedaꝫ constitutio seu decretũ aut pactũ tacitũ vel expressum inter hoĩes pditos & demones diuini honoris cupidissimos: videlicet ꝙ si homo fidem firmam habuerit ꝙ sint veri dij diuino honore

colendi potentes hoibus ꝓdesse & obesse & cũ tali fide homo fecerit aliquã imaginẽ hoĩs vel cuiuscũq; aĩalis & consecrauerit ipsam talib⁹ verbis: caracteribus seu figuris suffumigationib⁹ aliqbus & vnctionib⁹ zc. tunc absq; dubio aliqs spirituũ tali cõsecratiõe cõpleta intrabit illam imaginẽ: & ex ea responsa dabit deceptis hoĩb⁹ consulentib⁹ ipsum: & hanc institutionẽ decretum demones quibusdã ꝑditis hominib⁹ per inspirationẽ vel aliter quomodocũq; patefecerunt: ita ꝙ crederent hoĩes se talem artem inuenisse: & sic isti tales: lege dei dimissa credentes & seruantes leges illas demonũ: iusto iudicio derelicti sunt: & derelinquũt & fiunt serui diaboli: q̃ vt ipsos in suo seruitio teneat & alios per ipsos alliciat operatur sepissime ad vota taliũ seruorum suorũ quodcũq; voluerint. Propterea bene dicebat Aug⁹. xxi. de ci. dei. c. vi. Demones vt alliciãtur ab hominibus ad inhabitandum alicubi prius eos astutissima calliditate seducunt: vel inspirando eorũ cordibus virus occultum: vl' etiam fallacibus amicitijs apparendo eorũq; paucos discipulos suos faciunt plurimorum doctores. Neq; enĩ potuit primum nisi illis docentibus disci quod quisq; demonum appetat q̃ quidue exhorreat aut quo numine inuenitur vel cogatur. hec ille. & concludit dñs Henricus. Non ergo eum nigromantice vel magice compellis aut in vinculis eum vt putas tenes. Sed hoc certum habe ꝙ ipse simulat se captum vt te capiat. Se vinctum vt te vincat. Se tuo imperio subditum vt te sibi subdat: a te inclusum vt tibi finaliter concludat: fingit se tua arte vel lapidi vel imagini alligatum vt te funibus peccatorum ligatum ad infernum perducat. & per hec patet responsio ad primum argumentum. Hec Henricus de Assia super Genesim.

Caput Octauum

Ecunda questiuncula est:

¶ Si demones pñt expelli a corpibus obsessis vir tute melodie aut lapidis vel herbarũ Ad quã vi deẽ primo rñdendũ affirmatiue. Nam primi Reg.xvi. dicit: ꝙ cũ Dauid psalteriũ arriperet & corã Saul Psal leret: cessabat diabolus ab ei⁹ vexatione. Itez in musica Guidonis dr̃ ꝙ sũt quidã demones qui melodiã substi nere nõ pñt. Itẽ Iosephus libro de bello iudaico dicit: ꝙ in exercitu Titi cũ obsideret ierusalẽ erat quidã qui per lapidẽ anuli demones expellebat a corpibus obsessis. Itẽ Tobie.vi. dixit angelus Raphael de iecore piscis posito sup carbones: fumus ei⁹ fugat omne genus demoniorũ siue a viro siue a muliere. Et Salomonẽ dicitur fecisse ex orcismos herbarũ ad demones expellendos. Ad hanc questionẽ rñdendo ponũtur tres cõclusiões iuxta deter minata p mgr̃m Nicolaũ de lyra sup primũ librũ.Re. xvi.c. Prima cõclusio ẽ. Nec melodia nec herba nec cu iuscũq₃ lapidis virtus aut rei sensibis substãtia: põt natu rali virtute in demonẽ aliqd agere p qđ possit ad aliqd cõpelli: nec p cõsequẽs a corporib⁹ obsessis expelli aut ab ei⁹ vexatiõe excludere. Hec cõclusio ꝓbatur sic. Nullus spũs sepatus põt naturaliter pati a corpe. Patet qa agẽs p̃stantius ẽ passo: vt dicit Aug⁹. & phũs in de aĩa. Sȝ de mon est spũs sepatus: ergo seqtur ꝙ nulla res sensibilis aut virtus corpalis directe vl' indirecte põt in demonib⁹ ergo nec cõpelli ad aliqd. Hanc conclusionẽ etiã ponit mgr̃ Henricus de Gandauo in qlibetis q ita dicit. Non ẽ aliqua vis in lapidib⁹ aut herbis que demonẽ cogere possit vl' fugare vllo mõ: licet fingere possit demõ se cogi p herbas aut lapides aut carmina: hoc aũt nullũ horum facere posset nisi de⁹ supnaturaliter eis huiusmodi virtu

tem indidisset: quēadmodū indidit eā sacramētis & verbis sacramētalib⁹. Scda cōclusio. Virtus diuīa pōt īmediate vł mediate. puta mediātib⁹ angelis bonis aut sanctis vł bonis viris agere in demones & eos cōpellere ad aliqd agendū. Patet cōclusio. Cum diuīa virtus sit supior eis cui subiecta est ois potestas alia: pōt in eos īmediate vł mediantib⁹ bonis angelis aut sanctis vł bonis viris. Vnde discipli. lxxij. reuertebant̄ cū gaudio ad xp̄m dicētes. Dn̄e etiā demonia subijciunt̄ nobis in noīe tuo. Luce. x. Tertia cōclusio. Melodia vł aliqua res sensibilis pōt vexationē mitigare. ita ꝙ p illa sensibilia a demonib⁹ afflicti leuius ferant. Hoc tn̄ nō agēdo in demones sed inuexatū a demone. Probat̄: qa ois causa limitate virtutis pōt inducere effectū intensiorē & minus intensū in magis & minus disposita materia: nā actiones fiunt in patiente disposito. ij. de aīa. Demon vero est limitate virtutis: ergo intensiorē vł minus intensaȝ inquietationem facit in hoīe scd̄m diuersitatē dispositorū ad illam vexationē siue ad illud ad quod intendit demū vexando inducere ꝙ̄ in hoīe cōtrarie dispositiōis: vt pote si aliqs est dispositus ad passionē melancolicā ꝙ̄ in illum hoīem qui habet contrariā dispositionē. & hoc quia demones nō possunt materiā corporalē scd̄m suā voluntatē transmutare: sed hoc faciūt mediātibus actiuis & passiuis corporalibus: in suis eni actionib⁹ demones hoīes affligēdo aliqn̄ considerāt dispositionē materie corpalis. Vnde dicuntur aliqui lunatici. Mat. iiij. & . xvij. qui scd̄m variam dispositionē lune affligunt̄ a demonibus ex diuina pmissiōe. Luna aūt hēt dominiū sup humido: & p cōsequēs sup cerebrū qd̄ quidē est magis actū suscipere actionem demonis vno tempore ꝙ̄ alio secundū variū motum lune. Similiter & herbe vel melodie vel alie res

sensibiles multū possunt dispositiones corporū imutare:& ex cōsequenti motus sensibilitatis. Patet de herbis quarū quedā inclināt hoīes ad tristitiā: quedam ad gaudiū. de armonia etiā p₃. iiij. politicorū. vbi vult phūs ꝙ diuerse armonie ꝓuocant diuersas passiones in hoīe. Et Boeti⁹ dicit in musica: ꝙ musica valet ad curandū infirmitates aliq̄s vel alleuiandū: & ita p₃ ꝙ herbe vel armonie q̄n℞ possunt causare in hoīe aliquā dispositionē cōtrariā illi vexationi qua demon conat̄ hoīem vexare: & ꝑ cōsequens p₃ ꝙ ꝑ tales res sensibiles causari pōt dispositio in corpe humano ꝑ quā minus subdat̄ actioni demonū: & sic afflctio ab eo causata diminuit̄ & alleuiat̄. Item illud qd̄ minuit ꝑceptiōnē afflictionis diminuit etiā & alleuiat afflictionē. Melodia aūt minuit ꝑceptionem afflictionis cū attrahat ad se mentis intentione₃ & sic alleuiare pōt afflictionē in hoīe a demone causata. Demonē vero affligentē non pōt expellere vt dictū est.

Ad primū argumentū dicitur ꝙ Saul ꝑ melodiā virtute naturali leuius poterat ferre vexationē diaboli: sed ꝑ eā demon nō recedebat s₃ magis virtute diuīa imediate vel mediantib⁹ angelis sanctis ex merito Dauid q̄ laudes diuinas in cytahra canebat ꝓ salute Saulis. Sil'e habetur. iiij. Reg. iij. de heliseo. Ad scd̄m dicitur ꝙ demones recedunt ad melodiā: aut ꝓpter sanctitatē pulsantis: vt dictū est de Dauid: aut ꝓpter malicia₃ eius vt p₃ e si fiat ad hoc vt ꝑ hoc reuerentia deo debita demonibus tribuatur cuiusmodi sunt demones cupidi: & sic recedūt nō coacti sed volūtarie: vt tales hoīes in errore teneāt & in sua seruitute: qd̄ maxime desiderāt. Ad tertiū sil'iter dicit̄ ꝙ ille in exercitu Titi expellebat demones arte magica: i. ꝑ pacta cū demonibus inita tacita vel expressa q̄bus fingūt se expelli vt hoīes in errore teneant. Fumus

etiā iecoris piscis nō expulit demonē: sed meritū oratio nis Tobie qd̄ p fumi odorē designabat: & virtute sancti angeli. Raphaelis. Et Salomō si fecit exorcismos tem pore quo habebat spm̄ dei: sic virtute diuina demones repellebant. Si vero tp̄e idolatrie sue fecit: repellabant eis demones arte magica vt dictū est. Hec Io. de tur. cre. de pe. di. i. c. voluissent. §. deniq₃ vt perspicue.

Tertia questiuncula est: Si fascinatio infantū & puerorum a sortilegis vetulis sit op⁹ naturale vel diabolicū. Ad quā sic rn̄det ꝙ Auicēna posuit causa₃ fascinatiōis fore fortē imagina tionē aīe. Nam sicut ambulās sup trabē in alto positam cadit de facili: qa imaginat̄ casu₃ ex timore: & ad appre hensionē solā aīe calescit corpus vt pt₃ in cōcupiscētib⁹ & iratis: vl̄ etia₃ infrigidat̄ in timētib⁹: & qn̄q₃ etiā imu tatur ex forti apphensione ad aliquā egritudinē puta fe brē vl̄ leprā: ita etiā aīa vetule vehemēter affecta in mali uolentiā: hēt īpressionē nocumēti in aliquē maxīe pue rū q. pp ter corpis teneritudinē est maxie susceptibilis ī pressionū. Et ex hoc sequebat̄ scd̄m Auicēna₃: ꝙ materia corpalis obediret substātie spūali ad nutū. Sed cū sup dictū sit ꝙ materia corpalis solu₃ ad motū localē spūali substātie obediat: ad nutū aūt soli deo. Ideo melius dicē du₃ ē ꝙ fascinatio puerorū sit ex forti imaginatiōe aīe vetule īmutātis spūs corpis cōiuncti: q̄ qdem īmutatio spirituū maxime fit in oculis ad q̄s subtiliores spūs pue niūt. Oculi aūt infici ūt aerē cōtinuū vsq₃ ad determina tū spaciū p quē modū specula si fuerint noua & pura cō trahūt quandā īpuritatē ex aspectu mulieris mēstruate vt dicit Aristo. in li. de sōno & vigilia. Sic ergo cū aīa ve tule fuerit cōmota vehemēter ad maliuolētia₃ efficitur

scdm modū pdictuȝ aspectus ei⁹ venenosus & noxius maxime pueris q habent corp⁹ tenerū & receptiuuȝ impressionis de facili. Possibile est etiā q ad hec dei permissione coporet̄ malignitas demonuȝ cum quibus vetule sortilege aliquod fedus habent. hec Tho. iij. contra gen. c. ciij. & pri. pte. q. cxvij. ar. iij. ad secundū argumētum.

Quarta questiūcula est: Ap

q

paritiones & mirabiles factiones apparētes qn̄ q circa corpora defunctoruȝ: vt puta conseruatio corporuȝ post mortē ab incineratione: & augmentū vnguiuȝ: barbe: pilorū in mortuis: aut emanatio sanguinis de corpore occisi ad p̄sentiaȝ occisoris qbus sunt tribuende: diuino miraculo: an nature vl' demoni. Ad quā respondens Aug⁹. xxi. de ci. dei. dicit q apparitiones & factiones mirabiliuȝ generalit̄ reduci debēt ad q̄tuor. s. ad deum: ad angelos: ad demones: ad homines sctōs: vl' ad eorū spirit⁹. fieri etiā qn̄q possunt p hoīes demoniacos vt per magos: & qn̄q etiā fallaci subtilitate humana. Dn̄s aūt Henric⁹ de assia ad hanc questiunculā respōdet sic. De singulis miris & insolitis veras reddere causas difficilimum est. Nam si felix dictus ē iuxta poetā: qui eorum que naturaliter apparent: causas cognoscere potuit: felicissim⁹ dici certe poterit q eorum q̄ sup̄ naturā apparēt et apparuerunt causas efficiētes & finales discernere nouit. Possunt. n. inqt ideȝ: mira & insolita/circa corpa mortuorū: subtilitate demonū & peruersorū hominū astucia pcurari. Sic. b. Aug⁹ in. xiiij. de ci. dei narrat de quodā q qn̄ voluit se fecit per omnia sīmuȝ mortuo: qn̄q sīmum ceco ydropico vel claudo. Et qn̄q etiam quedaȝ mira circa mortuoruȝ corpa ad naturales causas reducibilia sunt. sicut ad illud de conseruatiōe

corporũ a putrefactione post mortẽ respondent aliq̃ dicentes: q̄ virtus loci vel virt⁹ vnguenti aut rei alicui⁹ corpori imposite põt esse causa p̄seruatiõis corporũ ab incineratione. & q̄ vngues crescant barba & pili in mortuo causa põt esse naturalis. s. cõplexio moriẽtis: in materia cui⁹ põt post mortẽ induci aliqua forma imp̄fecta de genere vegetatiue viuentiũ. Aliq̃ aũt q̄ corpus mortui iputrefactũ maneat attribuũt diuino miraculo. Nã deus conseruat qñq̧ corpa sanctorũ iputrebilia in testimoniũ singularis sanctitatis & innocẽtie & integritatis mẽtis & corporis eorũ: vt sic remaneant corpa eorum remota a putrefactione & incineratione & vermiũ cõminatione siue corrosione sicut dũ viuerẽt integra fuerũt a carnis corruptione: sicut de eo ps de q̃ scriptũ est. Non dabis sctm̃ tuũ vidiere corruptionẽ. Aliqñ aliquorum etiã corpa p̄seruant̃ a deo incorrupta eo q̄ tales mortui sũt in excõicatiõe. Nam vt q̃dam ferũt excõicatorũ corpa nõ putrescũt: & ponũt exẽplũ Karoli regis Vngarie ante plures annos ĩterfecti: & ab Vrbano sexto excõicati: qđ dicũt iõ adhuc integrũ remanere: vt. s. sit argumẽtũ aliq̃le q̄ ille fuerit verus papa q̃ ipsũ excõicauit: Aliqñ etiã malorũ corpa subtilitate demonũ conseruant̃ incorrupta in deceptionẽ vt credat̃ hoc merito vite taliũ accidere: & sic apꝓbent̃ mala que fecerũt ꝓ bonis & sic inducat̃ vulgus credulũ ad inuocationẽ ipsorũ: sicut de q̃busdã mortuis malis visũ ẽ q̄ diabolo operãte ad inuocationẽ ipsorũ vel ad tactũ corporũ suorũ ceci fuerunt illuminati: claudi ambulauerũt: surdi audierũt & infirmi de varijs languorib⁹ liberati sunt: quinimo & mortui resuscitati sũt. Nam vt dictũ ẽ hec & similia realiter diuĩo miraculo & sophistice fieri & ꝓcurari pñt. Verũtñ oĩa corpora q̃buscũq̧ de causis ab incineratiõe

preseruata ante resurrectionē finalem in cinerē resolue-
tur: vt impleat̄ vniuersal' dei sniā: Ade & toti ei⁹ posterita
ti inflicta: que dicit. In sudore vultus tui vesceris pane
tuo & in puluerem reuerteris. Gen̄. iij. Ad illud autē de
effusione cruoris ad p̄sentiam occisoris de quo scribit
phūs li. de cōmixtione elementorū: licet supstitiose aliq̄
dicant q̄ hoc fiat per deceptionē introductam ab hoīe
vel demone: tn̄ si ita sit semper vel vt in pluribus magis
videt̄ esse diuino miraculo ascribendū in horrorē & dete
stationē pc̄ti q̄ rō aliq̄ aliūde querēda: vt p₃ Gen. iiij. de
sanguie Abel corā deo saturiēte & bulliēte in vindicta₃
homicide. Hec ex dn̄o Henrico de Assia sup Genesim.

Vinta questiūcula ē: Cum

q miraculū apparitiones fieri possint ex causis:
bonis & malis: vt nūc supra dictum est: querit̄
vnde sumenda sit discretio harū ab illis. Ad quā respon
det Aug⁹. xxi. de ci. dei dicens: q̄ miracula que fiunt a
deo siue meritis sanctoꝝ siue per hoīes adhuc in corpe
constitutos siue p angelos siue alijs modis/oīno a mor-
talibus incōprehensibile est. Ideo in talibus quandoq̄
tam difficilis est discretio q̄ haberi nō pōt satis ex consi
deratione circūstantiarum loci: tpis oportunitatis mo-
dorum faciendi qualitate factorum & finis. Vbi ex hoc
supponitur q̄ mira & insolita que tribus primis fiunt
causis circa mortuos vel alias ad dei honorē & hoīm sa
lutē tendūt. Cetera vero que fiunt tribus causis vltimis
pditionē inducūt hijs qui talibus sine puida discretio-
ne spirituum attendunt. Vnde Aug⁹ li. vbi supra. c. x.
dicit. Miracula faciunt demones vt credantur dij. San-
cti autem angeli & homines ea faciunt vt laudetur de⁹.
Hec ex domino Henrico de Assia sup Gen̄.

Vnū caput est de diui-

n natione: cōmertio & inuocatione demonū.
Circa quod sexdecim questiuncule solue
tur: quarū q̄libet ifra suo ordine scrutabit.

Rima questiuncula est. Si

p q̄sq̄ possit vaticinari futura p īuocationē demo
num absq̄ pctō. Rn̄det q̄ futura tribus modis
vaticinari pn̄t & cognosci. Vno mō naturaliter ex cau
sis suis determinatis & certis vel ex causis vt in plurib⁹
& frequēter agentib⁹: & taliu3 nō est diuīatio s3 p̄cogni
tio. Vnde ortus sol' cras vl' cū medicus p̄dicit futurā sa-
nitatē: & astronom⁹ futurā eclipsim vel pluuiā: vatina
tio nō est: s3 p̄cognitio ex necessarijs causis vt frequēter
agentibus. Scd̄o mō futura pn̄t cognosci dei reuelatiōe
& hoc etiā mō futurorū p̄cognitio nō est diuinatio. Vn
de si q̄s futura cōtingētia deo reuelāte p̄nūciat: ipse tūc
nō diuinat. i. qd̄ diuinū est nō facit: s3 magis qd̄ diuinū
est suscipit. Tertio mō pn̄t cognosci futura demonis in
